

47
gratiosa munificentia, et
fundatione perpetua Reveren-
tissimi Perillustres, ac generis
Domini Dni Wilhelmi Fran-
ci L. B. de Villinhoff Con-
cti scell Cathedralis Ecclie-
Paterbornensis Canonici
toris, et senioris gloriose
morie publice donatus est
2do Carminis premio
medicus Hellersberg
Verdinensis Esendice 2 stia

1774

ita testor Wilhelm

R.P. ALBERTI INES
SOCIET. JESU
LYRICORUM
CENTURIA UNA.

&

ACROAMATUM
EPIGRAMMATICORUM
CENTURIAE VII.

*Permissu Superiorum & cum Privilegio
S. Cas. Maj.*

N. Lat. No. 177

LIBRARY OF THE
ALBERT SOCIETY
LONDON
CENTRAL HALL
100, MARK LANE
LONDON E.C. 3

1402 877 01

R. D.
ALBERT
SOCIETY
YRICO
CENTUR
Politicis, Et
Axiomaticis
in
Accedunt in f
ACRO
EPIGRAM
CEN
Castis vetecundis
studiorz Juve
EDITIO
Correctior, & locup
reco
COL O
Sumptibus & Typis J
FROMART, Bibliop
prope sacellum episc
MDC

R. P.
ALBERTI INES
SOCIET. JESU
LYRICORUM
CENTURIA UNA

Politicis, Ethicis, Poëticis
Axiomatibus ac Problematibus
instructa.

Accedunt in fine ejusdem Authoris
ACROAMATUM
EPIGRAMMATICORUM
CENTURIA VII

Castis verecundisque salibus in gratiam
studiosæ Juventutis intertextæ.

EDITIO TERTIA.

Correctior, & locupletior, ab Auctore ipso
recognita.

COLONIÆ,

Sumptibus & Typis JOAN. EVERHARDI
FROMART, Bibliopolæ in platea S. Marcelli
prope sacellum ejusdem S. Marcelli.
MDCC XXIII.

RES SACRA POËTA EST, NEQUE CANERE PRIUS
POTEST, QUAM DEO PLENUS.
Plato. Dial. 2. de Repub.

TUNC SE HOMINES OSTENDUNT DEI SOBOLEM,
CUM DIGNUM POËTÆ NOMINE CARMEN
EMITTUNT.

Socrates apud Plat. in Ione.

DEI MATRI
MAGN
IMPER A
SUO V
VOCIS OR
POLON
REG

Se, & quidquid



deterius, in TU
men irumpo. Sic
missam pertinere
TUUM profinar
rem; & quidquam
rem. Quod si Aucto
merito orbi in TE
Trocium calami
rem: hanc vocis
tium, non in TUO
verò in Polonio Par

DEI MATRI VIRGINI
MAGNÆ,
SEMPER AUGUSTÆ,
SUO VIVÆ
VOCIS ORACULO
POLONIARUM
REGINÆ.

Sc, & quidquid suum est, Auctor.



NAM cui alteri *TUA* nisi *TI-
BI*? Impalluit quidem ad
tanti Patroconii ambitionem
pagina, & veluti Majestatis
rea, ipso se atramento con-
demnavit. Ignoscas *TU* ta-
men, si nihil humilitate mea
deterritus, in *TUUM*, tanta Majestatis no-
men irrumpe. Scis qua servorum sunt, ad Do-
minum pertinere omnia. Cum Mancipium me
TUUM profitear; furtum me facere puta-
rem; si quidquam meum non ad *TE* destina-
rem. Quod si Auroram Musis amicam non im-
merito orbis in *TE* adorat universus: an ego
Tyrocinium calami mei non apud *TE* depene-
rem? hanc vocis seu infantiam, seu balbu-
tiam, non in *TUO* nomine consumerem? Jam
verò in Polonico Parnasso natam Poesim, *TU*

etiam prior *TUAM* esse voluisti, cum *REGINAM POLONIÆ TUA TE* ipse voce initiasti. Age Polonia. communem cum cælis Reginam habes. Ejus auspiciis creëtiore, facile contempseris hostilem Lunam, quam illa jam ad pedes dejecit. Ne in plenum orbem reductis cornibus cœat; non tu tantum manu ac ferro; sed illa etiam sui objectu prohibebit.

Ad Augustos igitur pedes *TUOS*, *O POLONIÆ REGINÆ* carmina mea unà mecum supplex depono. Satis intelligo quam vile pavimentum illis subjiciam; cum digni sint quibus se astra calcanda substernant: sed & illud memini, non insolitum esse *TIBI*, super *Aspidem* & *Basiliscum* ambulare; si non dignatione, ut in servos Domina, certè per justam in subactos contumeliam, ut monstrorum *Domitrici*. At ego mihi hanc à *TE* contumeliam magis omnibus honoribus ambiendam puto. Quo nomine id factura sis, *TU* pro *TUA* potestate decernes: ego id tantum peto, ne me ab istis *TUIS* pedibus rejicias.

Majestatis *TUÆ*

Æternùm is, quem esse voles

ALBERTUS INES
SOC. JESU.

PRO-

PRO OE
AD
LECTO
HUMANISSIM
Vnum zodiac
vbi placitum
nimium tunc
hoc optimum ing
parcos vidimus, qu
lorum NISI lim
judicia: na pleriq
riam Laurum v
finus; quod
distorum ingen
himicipi ut pau
ille, quem subit
do effuderam, ve
datione veritatis
Nullus penè
Primitiæ hæc
Porro quis à florib
maturitatem, plu
enigat? si alia dec
bio, zatis veniam
inculos alios, pleb
nulli non grata no
let; ut *Tuis* primo
* lib. 12. Infr.

PROOEMIUM

AD

LECTOREM.

HUMANISSIME LECTOR.

Nimium audax fuero, si omnia hinc tibi placitura sperem; si nihil, nimium timidus. In feracissimo hoc optimorum ingeniorum sæculo, ut paucos vidimus, quibus non aliquod Censorium NISI limata aliorum appingerent iudicia: ita plerisque ab ipsa invidia literariam Laurum vel ideò porrectam plausimus; quod aliquâ saltem sui parte eruditorum ingeniis sese approbassent. Mihi metipsi ut pauca ex meis arrident; ita ille, quem subito quodam calore aliquando effuderam, versiculus, ipsius commendatione veritatis non omninò displicet:

Nullus pænè nihil, nemo scit omnia.

Primitiæ hæc sunt adolescentis ingenii. Porrò quis à floribus fructum, omnemque maturitatem, plus æquo rigidus Censor, exigat? si alia deessent, suffragante Fabio, ætatis veniam pro laude habent. * Ut incultos aliàs, plebeiosque flores cœque nulli non grata novitas commendare solet; ut illis primo vere apparentibus, in-

* lib. 12. *Instit.*

P R O O E M I U M

ter ipsas Divorum Aras, primum locum concedamus; ita & primum florem suum evolventibus ingeniis rigidissimi etiam Catones, & superciliosi aliàs Aristarchi applauserunt.

Inter asperas severiorum disciplinarum spinas, multâ sui parte luebratiuncula hæc nata; mirum erat nisi aliquem inde horrorem traheret. nam & alieno sub exlo plantata arbor rarò soli natalis ingenium exuit. Ut tamen acerbam immaturorum fructuum cruditatem diuturniore situ emollimus: ita & opusculum hoc, cum in obsoleto aliquot jam annorum pulvere delituisse, suum credo acorem aliquomodo temperavit. Profectò ad unguem hîc planè, imò supra hunc, illius seu præceptum seu consilium expletum, qui cecinit

*nonumque prematur in annum.**

Et latuisset opella hæc forsitan diutius, nisi amicorum suffragia, & eruditorum iudicia, quâ humanitate rudi libello patrocinaabantur; eâdem morosæ procrastinantis Auctoris ignaviæ succenserent. Fuere ex his nonnulli, qui, dum ulteriori limæ perinaciter incumbo, inter eos me compu-

* *Horat. de Art. Poët.*

tarent,

AD LECT
 tant, Quæ teste
 lib. 10. *infatus est.*
 amantur dicere
 sunt creduli quæ
 pœi meriti; quæ
 se sibi scribendi
 ego: amicum flor
 ocium, in extre
 cerem? Nam quæ
 crescit, magis que
 sumus: Et cum de
 cipiendum jam
 to, si Fabio cred
 rumcoridem.
 cet; dum is v
 favor; Et au
 quid desit operi,
 dicta sunt iocen
 puntur. Quid
 alius auditis, n
 audire poterant
 igitur, & tandem
 tum in lucem pr
 hoc libello famam
 Tralum rot ja
 nobilitatum opellæ
 que in CENTURIA

AD LECTOREM.

rarent, Quibus (teste Quintiliano Instit. lib. 10.) nihil satis est. qui omnia mutare, omnia aliter dicere quam occurrunt, velint: increduli quidam, & de ingenio pessimè meriti; qui diligentiam putant, facere sibi scribendi difficultatem. Quid ergo? amænum floridæ exercitationis tyrocinium, in extremam senectutem rejicerem? Nam quotidie (ut ait ille) metus crescit, majusque fit semper quod ausursumus: & diu deliberamus, quando incipiendum sit, incipere jam serum est. Porro, si Fabio credimus, Fructum studiorum viridem, & adhuc dulcem promi decet; dum & venia & spes est; & paratus favor; & audere non dedecet: & si quid desit operi, supplet ætas: & si quæ dicta sunt juveniliter, pro indole accipiuntur. Quid dicam? His multisque aliis auditis, nimium temerariè pertinax audire potueram, nisi paruissem. Pareo igitur, & tandem è tenebris meis paulatim in lucem prorepere ausus, unico hoc libello famam publicam periclitor.

Titulum tot jam calamis & ingeniis nobilitatum opellæ meæ præfixi; maluique in CENTURIAS Lyricorum, quàm

PROOEMIUM

in 4 Lyricorum libros, & quintum Epodon
 Odas meas compingere: tum ut ita longius ab
 invidiosa præfidentis æmulationis suspicione ab-
 essem; tum ne viam mihi præcluderem ad ea,
 quæ adhuc supremam manum expectant Lyri-
 ca, tuæ humanitati, si hæc non improbaveris,
 postmodum afferenda. Imò toto Regno, dum
 hæc typis aptantur; bellicis delectibus circum-
 sonante; ne ipsa quidem Poësis, nisi militari
 nomine Centuriata, tutò prodiret in lucem.

Ad stylum quod attinet; fateor, Horatium,
 Sarbievium, Poëtasque alios Classicos, imitari
 volui, non expilare.

† Ne, cum forte suas repetitum venerit olim
 Grex avium pennas, moveat cornicula risum
 Furtivis nudata coloribus.

Didici ego Poëtas Apollini sacra facere, non
 Mercurio. Non placent ea capita, quæ Cifal-
 pinorum latruncolorum more, laudem ingenii
 ex solerti furto quærunt. Si Dis placet, ego
 quoque *librum*, imò libellum, *facere volui, non*
Bibliothecam. Nam si Eloquentissimus Zeno,
 * *Stabularios* eos Auctores nominat, in quorum
libris aliena diversantur ingenia, quis tituli hu-
 jus ignominiam, tantis licitetur impensis? vis
 & alium? † *O quot, inquit, sutores librorum,*
non auctores videas, qui consuunt sapientiam alie-
nam, non texunt suam. Quid plura?

† Horat. Sasyr.

* Serm. de Jac.

† Cel. ex mente S. Maxim.

* Stat

AD IECTA

* Stat. con. de re
 Apule, quoniam
 ter, ex libro. Senec
 non p...
 ut dicitur, aut imper
 humentemur, qu
 p...
 ne videremur. Non
 amare, quam p...
 non nescio. No
 quidam dicitur a
 temus hyle. Vix g
 (Ruperti de Augu
 vis: nos adim
 risum. (ando ex
 tia, omnino non
 temur.

At neque herc
 eo magis tenax, q
 in illo die, ut qu
 tant. imò neque de
 & quædam venæ
 plane carmina sug
 vii indultia.

Serm. de Jac. con
 v...
 Epipse in panis
 que p... in alio
 scripiam lecto, de
 Tale illud:
 Virgo h...
 * Mar. in 1. q. 44.

AD LECTOREM.

* *Stat contra, dicitque tibi tua pagina, fur es.*
 At ipse, inquit aliqui, ipse ille Sarbievius no-
 ster, ex Horatio, Senecâ, Statio, Claudiano &c.
 non pauca in suum traxit colorem? Fateor, sed
 ut exornaret, aut superaret. Aliàs pauciores
 hodie numeraremur, qui Sarbievium Horatio,
 primisque illis Lyricorum numinibus, commit-
 tere auderemus. Non est animus imitationem
 damnare; quam præcipuam Eloquentiæ partem
 non nescio. Nos quoque (Macrobium audis)
quidquid diversa lectione quaesivimus, commit-
temus stylo. Velut grandis aquila prævolavit
 (Ruperti de Augustino verbis infisto) Sarbie-
 vius: *nos eadem quidem viâ, sed non omninò*
iisdem, (addo ego ex meæ tenuitatis conscien-
 tia, omninò non iisdem) *vestigis subsequi eni-*
temur.

At neque hæc de illis dicta sunt, quibus,
 eò magis tenax, quò minus fidelis memoria,
 ita illudit; ut quandoque aliena pro suis affe-
 rant. imò neque de illis, quibus idem entheus,
 & quædam venæ ac materiæ affinitas, eadem
 planè carmina suggerit in quibus aliena desuda-
 vit industria.

Scimus & hanc veniam petimusque damusque
vicissim. Horat.

Ego ipse in paucis hisce versiculis aliqua effudi,
 quæ postea in aliis Auctoribus, multò postquam
 scripseram lectis, de verbo ad verbum reperi.
 Tale illud:

Virgo bisseis redimita stellis. quod à me antè

** Mars, lib. 1 ep. 46.*

annos

PROOEMIUM

annos plus decem scriptum, in cultissimis Patris Balde Lyricis, & alterius non vulgaris Lyristæ strophis, non ita pridem inveni.

In Odis Panegyricis, & quibusdam aliis, quæ luxuriantis styli nitore floridum commendant ingenium, sententiarum parciore fui. tum quia Horatius & Sarbievius idem fecerunt; tum quia nimis rigidum severi Catonis supercilium sapere, per ætatem non decuit. Cæterum scias velim literate lector, me quoque inter eos censerî velle, qui inter præcipua Odarum decora, & quosdam veluti Lyricorum nervos, sententias aliaque Politica axiomata numerant. Non sapit itylus ille, quem, si arctius presseris, nihil ex eo præter verba, & aliquos elegantiorum phrasium cincinno exprimes. Jam verò, si Stoicorum disertissimo credimus, * *Turpe est viro flores captare; & memoriâ stare.*

At nescio quis è Momorum turba autem vellicat. Quorsum tot librorum auctoramenta? Aquam Oceano, stellas cælo addimus. Quot Poëtarum, quot Lyricorum myriades? in publicum nulla non die prodeunt? Ita planè. Si tamen Senecam audis, † *multum adhuc restat operis, multumque restabit: nec ulli nato post mille sæcula præcludetur occasio aliquid adjiciendi.* Quod de cælo & Oceano attuleras, pro nobis militat. Quam multas nostrates Astronomi stellas cælo addiderunt; dum ignotas antiquis nobis vulgaverunt? Quot flumina quotidie in Oceanum influunt, & tamen sacri vatis testimonio, *mare*

* Senec. ep. 33. † Ep. 6.

non

AD LECT
 Nihil gen
 Plinii non
 non tam
 nia dicit
 voluisti
 Quod
 Oraculum
 Sed quoniam
 retibus, tam
 in hunc
 buntur, sed
 perentem
 in tot ingen
 meaque com
 dem lais se
 violenta manu
 in litore mor
 patientie tue
 sum crescentis
 Deripere, ex
 Tunc vela,
 Quæ cursum
 Inere hoc qu
 Euge, aliisque
 expecto. Num
 verem, Sancti
 nato lesu, Po
 Ep. 16. Jan. 9. 4.

AD LECTOREM.

non redundat. Nihil generosum sapit, cui illud Plinii non sapit: * *Sum ex his qui mirer antiquos; non tamen ut quidam, temporum nostrorum ingenia despiciam.* Neque enim (hîc te attentior volo) quasi *lassa & effata natura nihil jam laudabile parit.* Quod olim de veritate, Cordubense Oraculum; idem ego de Poësi edico. † *Patet omnibus nondum est occupata. multum ex illa etiam futuris relictum est.*

Sed quorsum hæc ego in primo exilis operæ vestibulo, tanto verborum ambitu? Sanè, * *quò in hunc librum inciderint, jure mihi indignabuntur, quod ad primam paginam nonnisi lassè pervenient.* Nimirum, tot Syrtibus scopulisque, imò tot ingeniorum naufragiis fatali Oceano, me, meaque committens, ita undequaque, ne sic quidem satis securus, cymbam præmunio, & nonnisi violentâ manu ab amico portu revellendus ultro in littore moras necto. Quia tamen molestus patientiæ tuæ, optime Lector, abusus, in immensum crescentis Procæmii filum præscindens,

è littore funem

*Deripere, excussosque jubet laxare rudentes;
Tendo vela,*

Qua cursum ventique, gubernatorque vocabat.

Fruere hoc qualiquali conatu meo. Crebrum Euge, aliasque Poëticas acclamationes, à te non expecto. Nam ipse quoque non sine debita reverentia, Sancti vatis aliquantulum mihi acclinato sensu, Poëtica hæc opuscula mea, *Delicta juven-*

*Ep. 1, 6. † Senec. ep. 6. * Mart. in Pref. lib. 2 Epig.*

PROOEMIUM AD LECTOREM.

juventutis mea, & ignorantias meas appellare consuevi. *Ego quoque (quod de se Romanae facundiae Princeps testatur) operis subsceivis efficere conatus sum, ut mea Virgilia, meaque litera, & Juventuti Utilitatis & nomini POLONO laudis aliquid afferrent. Ut rigidissimus Censor sis, ut ego scriptor diligentissimus, addo & ingeniosissimus,

*Sunt delicta tamen, quibus ignovisse velimus,
Nam neque chorda sonum reddit quem vult
manus, & mens,*

† *Poscentique gravem, persapè remittit acutum.*

Non semper feriet quodcumque minabitur arcus.

*Verum ubi plura nitent in carmine, non ego
paucis*

*Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.*

Ita Lyricorum Latinorum Primas, Horatius; aliàs ne ipse quidem de Poësi suâ securus. Denique si Amicus es, audi pro me meique similibus perorantem Plinium, ** non debet operibus ejus obesse QUOD VIVIT. alioqui

Si post fata venit gloria? non propero. ††
Si porro Centuriam hanc, quam veluti exploratricem in eruditorum castra præmitto, tuo non indignam favore arbitraberis, ab eodem calamo plura, addo & meliora, expecta.

Facul-

* Cic. 2 Phil. † Horat. de Arte Poët. ** Lip. 1 Epist.

†† Mart. lib. 5 cap. 10.

Facultas

R. P. PROVINCIALIS
Societatis JESU
IN POLONIA.

Ego *Stanislaus Ierzikovvic* ; Præpo-
situs Provincialis Societatis JESU in
Provincia Poloniæ, potestate ad id mihi
facta, ab A. R. P. N. *Gosuino Nickel*
Præposito nostro Generali, facultatem
concedo, ut *Lyricorum Centuria Poli-
ticipis Ethicis & Poëticis Axiomatibus ac
Problematibus instructa à P. Alberto Ines*,
Societatis nostræ composita, & ejusdem
Societatis Patrum, quibus id commisi-
mus, judicio approbata, typis vulgetur.
Si videbitur his ad quos pertinet, Con-
cessionis fidem facio manu mea, & Offi-
cii Sigillo Brestæ. 3 Decembris : Anno
Domini M. DC. LIII.

Locus Sigilli,

Stanislaus Jerzykovic.

TENOR

TENOR PRIVILEGII
PRO
SARBIEVII LYRICIS, &c.

Ego infra scriptus Societatis Jesu per
Provinciam Rheni inferioris præpos-
itus Provincialis, Potestate mihi factâ ab
A. R. P. MICHAELE ANGELO TAM-
BURINO Præposito Generali: Concede
Domino Joanni Everhardo Fromart
Bibliopolæ Coloniensi facultatem recu-
dendi Lyrica Patris Mathiæ Casimiri Sar-
bievii, Item Lyrica & Acroamata P. Al-
berti Ines & hoc ad decem annos Privile-
gio seu Cæsareo, seu nostro, utendi, ita
quidem, ut mittat quinque Exemplaria
cujuslibet Libri Viennam ad Excelsum
Consilium Imperiale Aulicum. In cujus
rei fidem has litteras manu propriâ sub-
scriptas & Sigillo munitas dedi. Colo-
niæ 5. Julii 1720.

(L. S.)

Petrus Schmittman S. J.
m. p.

P. AL.

ALBER
E SOCI
LYRIC
Centu
DEI MATR
Cælestis sponsi
Cantic
am qu
contra
Te p
Thia
Am
Mullique rugentes
Pietri iuga impo
Si tu Cherti, Da pa
Nostribus calmen
Pentis. Maronap
Immerito tralio
(Quoniam tres
Hinc v. bene SARBI
Hinc BALDE, &
Turba nova gen



P. ALBERTI INES
E Societate JESU
LYRICORUM

Centuria Una.

DEI MATRI VIRGINI

Cœlestis sponſi Canticum, ex Canticis
Canticorum depromptum.

O D E I.



am quæ diſertis vatibus inferat,
Ineruditi carmina peſtinis
Te præter? o Beata noſtra
Summa Spei! melior tuorum
Thalia vatium. non ego turgida
Ambibo doctæ vincula Laureæ;

Muſasque ringentemque Phæbum, &
Pierii jûga linquo montis:
Si tu Clienti, Dia parens, tuo,
Modèſtioris culmen Apollinis
Pandis. *Marianique vatis*

Immeritò titulos Poëtæ
(*Quantum trecentis dives adores.*
Hinc te beatâ SARBIVIVS lyrâ;
Hinc BALDE, & erudita vatium
Turba novis geminant trophæis,)

A

Per-

Permittis. Jo! tendite Gratia,
 Jurata magnæ stamina Virgini;
 Lyraſque, vocalesque nervos,
 Virgineis animate metris.
 An & canori pollice barbati,
 Noſtras fereno Sponſus ab æthere
 Demulcet aures? & diſerto,
 Virgineum canit, ore, nomen.
 Abſiſte plectrum; tuque ſonantia
 Loqui obſtinato fila ſilentio
 Componere plebeſumque carmen
 Aoniis, lyra, ſtringe nodis.
 Ille, ille, ſacro plenior entheo,
 Inculta, Divus, carmina condiat.
 Non erubescendumque noſtris
Auſpicium, præeat Camænis.
 Audimur? en jam leniter aurea
 Facundiori stamina peſtine
 Invadit; & junctam beatâ
 Voce lyram, Cytharæque cantum.
 O quam feraci mente parens DEUS,
 Sibi obſequentem gignere Filiam
 Decrevit; & labis carentem
 Primigenæ, cupidoque pulchram
 Donavit Orbi. quam ſuper aureo
 Lætum tuentis ſolis anhelita
 Effudit; & noſci volentem
 Sidereo radiavit oſtro.
 TIBI magiſtri dextera Numinis,
 Dignam ſupremis collibus indolentem
 Finiſſe, & accuratori
 Pollice, ſollicitâque formam
 Limafſe curâ fertur; & è ſua,
 In ſe reductæ lucis, imagine,
 Erontemque, Regalesque nutus,
 Et ſimilem cumulafſe vultum.
 Ut evibrato vertice celfior
 Cælo propinquis nubibus obviat

LYRICO
 Carmes: & dila
 Aruſi, magi
 Deſpeſſe: gnos: ſic
 Sublimiſe gen
 An: human
 ſe reliqui iuga
 To, robentis ſtam
 ſiſte, crines. My
 Veſte Marzem,
 Sidoni precum
 O Sinceri SPICU
 O tela, crines, ne
 Vultus fatetur,
 Purpureo nigr
 Quod ſi decorum
 Dicere tollam: q
 A crine, capite
 Turre queat
 Quam ſi recept
 A Virginali por
 Cervice, ſuſ
 Et ſimilis
 At que pudicam
 Piſina, ſerentem
 Piſina, quam
 Accumulant
 Agnoſco coſta lum
 Clauſam moceſ
 Agnoſco pupill
 E liquoſo rati
 O innocenti ſplendi
 O puriori ſumme
 O lumen, autem
 Naufrago, cui
 Ad un Torquent
 Ex amore vultu
 Reſpira: & toto
 Vultus amat, ja

Carmelus; & diferta pigri
 Arva foli, indigenasque latè
 Despectat agros; sic tibi Regium,
 Sublimiori se genio, caput
 Attollit, humanosque colles,
 Et reliqui juga linqvit orbis.
 Tui, rubentis flamina purpuræ,
 Vicère, crines. Mygdonium comæ
 Vicère Muricem, & recoctum
 Sidonii precium meraci.
 O Sauciati SPICULA Numinis!
 O tela, crines! tela quibus suum
 Vulnus fatetur, & severos
 Purpureo rigat imbri cyrrhos.
 Quod si decorum, TURRIS *eburnea*
 Dicère collum: quâ mage faucium
 A crine, captivumque Numen
 Turre queat melius teneri;
 Quam si recepti vulneris immemor,
 A Virginali pondus amabile
 Cervice, suspendatur olim,
 Et famulis religetur ulnis?
 At quæ pudicam, se gemino super
Piscina, frontem, porrigit alveo?
 Piscina, quam latè refusæ
 Accumulant Hesebonis undæ.
 Agnosco castæ lumina Virginis;
 Clausam modesti nube supercili
 Agnosco pupillam; & vibratos
 E liquido radios sereno.
 O innocenti splendidius vitro!
 O puriori flumine purius!
 O lumen, auditum beato
 Naufragio, tumulasse tractum
 Ad nos Tonantem; cum prece supplici,
 Ex arcuatæ vulnere palpebræ
 Respirat; & toto receptum
 Vulnus amat, jaculumque corde.

Ut illa *Mali* purpura *Punici*
 Per crebra lucet fragmina; sic **TIBI**
 Genæ, verecundisque pictæ
 Floribus, erubère malæ.
 Seu obserati conscia liminis,
 Stringis modesto labra silentio;
 Seu basiatum, virginali
 Ore, bibis, labiisque **VERBUM**;
TIBI decenti tænia coccino
 Adstricta fertur verba, fidelibus
 Servare nodis, & rubenti
 Eloquium cohibere **VITTA** :
 At dum recepti prodiga Numinis,
 Adblandienti basia filio
 O Virgo! dispensas; iisdem
 Panè ligas, tua vota, vittis.
 Et osculanti dulcia parvulo,
 Fundis beato mella volumine.
Favumque distillas; palato
 Nectareos imitante succos.
TIBI disertâ virgineum sedet
Lac, virgo, lingua; quod puero libens
 Affundit, **APTUM INCORPORATO**,
UBER alens, tua **LINGUA**, **VERBO**.
 Non pondus auri, non tibi divite
 Distincta censu, Virgo, monilia
 Vovebo; quæ quondam trecentis
 Luxus emit redimitque gazis:
 Cùm te beatis nexibus implicat
A TE educati dextera Numinis;
 Conchisque stipatumque gemmis,
 Et rutilo lapidum sereno
 Monile, purâ candidum nive
 Collum reponit. non melior **TIBI**
 Pendere de cervice gemmâ,
 Non poterat pretiosiore
 Accensus auro torquis, amabile
 Gravare collum. Non geminum mero

Tumere

LINDO
 Tumere amabo
 Noctulas ge
 Mamen Caleno
 Comati poma
 Hære, fucare
UBER A, nob
 Et A Filens fert
 illa, calo Virg
 Lac supplet: & d
 Himmios sup
 O plena sacris vol
 Exconditis vilcer
 Siquæ ACERV
 Lilia circum
 O semperna Flia
 Que calcei pend
 Premis torona
 Calce Sycor
 Plana traco
 Calcare quom
 Dicere que
 Per Sygios
 Hæc qua loquaci
 Qua voce Spon
 Canentis excita
 Atra, novo
 Et lenè dicitis ad
 Per laterum pag
 Calice gratia
 Innumero filia

Tumere demirabor Uber ;
 Non patulas generosiori
 Mammæ Caleno. quæ proprio, VIRUM
 Complexa quondam viscere, nutriet ;
 Huic jure, succrevêre forti
 UBERA, nobiliora VINO.
 Huic & Falernis fertilior botris
 Papilla, casto Virgineum mero
 Lac supplet : & dignæ gemellos
 Hinnuleos superare mammæ.
 O plena Sacris viscera frugibus !
 Fecundioris viscera TRITICI.
 Stipata ACERVO ; quem nitenti
 Lilia circumiêre vallo.
 O sempiterni Filia Principis !
 Quæ calceati pondere sub pedis
 Premis coronato protervam
 Calce Stygem, dominâque victum
 Plantâ draconem. sic pede libero
 Calcare quondam fidera dignior
 Dicere quæ victore passu,
 Per Stygios graderis Ceraftas.
 Hæc quâ loquacis carmine barbati,
 Quâ voce Sponsus dixerat : at simul
 Canentis excitata voce
 Astra, novos cecinêre versus.
 Et lenè ductis ad numerum lyris,
 Per lætiorum pegmata nubium,
 Cælique gratantis plateas,
 Innumero saliêre gyro.

AD
 HIACYNTHUM MORUM
 STOICUS
 CHRISTIANUS.
 MORTEM NON ESSE
 TIMENDAM.

O D E II.

Non fletu neque lacrymis
 Placantur rigida jura Proserpinæ.
 Quod vitare nequiveris,
 Stultum est si timeas. Tergite rorida,
 Udis, lumina, fletibus.
 Non qui Nestoreis solibus æmulas
 Implevit Trieterides;
 Sed qui Nestoræ dignus erat rude,
 Festis floret adoreis;
 Æternoque sibi plaudit in otio.
 Nulla non morimur die;
 Et vitæ potior pars, tumulto datur:
 At qui parcere nesciam
 Festino Lachesium prægreditur metu;
 Pæne est bis miser: ultima
 Prasenti geminans damna negotio,
 Fati prodigus & sui.
 Is qui sollicitæ præcipites fugæ,
 Virtutum numero, dies
 Pensabit, sapiet. sola nequit gravem
 Virtus interitum pati.
 Et sese è tumulto surrigit altiùs.
 Quidquid fata negaverint,
 Possunt, More, tibi facta reponere,
 Magni

LIBRARI
 Magni feno. Somn
 Qui
 ignotis
 Eius tumulo
 Illi
 Quod si cum mo
 timor
 Mortis certa lux
 Is olim timeat mor
 Cui vixisse du
 Percaum pavent c
 Qui post facta
 Et vixisse perenni
 Ne spera, ne
 Si trux puerit. At
 Rumpantur r
 Sa hoc imma
 Interfusa c
 Quæris mortis
 Cur sum,
 Nam mortis dub
 Ipsa morte r

MARIAN
 QUEND
 FAMILIÆ
 O
 Quid Palatio
 Supra, & c.

Magni fœnore Nominiſ.

Qui notus nimium ſit licet omnibus,
Ignotus moritur ſibi,

Et totus tumulo qui fuerat ſubeſt :

Illi mors gravis incubat.

Illi mæſta truci viſcera vulture,

Ultor prorogat Æacus.

Quod ſi dum morimur, deſinimus mori :

Is fatum timeat, cui

Mortis certa ſuæ Mors placuit minus :

Is olim timeat mori ;

Cui vixiſſe diu diſplicet. is nigram

Parcarum paveat colum ;

Qui poſt fata ſacros ducere ſpiritus ;

Et vixiſſe perennius,

Nec ſperat, nec amat. Quin mihi protinus,

Si trux juſſerit Atropos,

Rumpantur rigido ſtamina forcipe.

Seu hæc linea ; ſeu rubro

Interfuſa croco Numina neverint.

Quæriſ mortis avarior

Cur ſim, More? diu ne timeam mori.

Nam mortis dubius timor

Ipsâ morte reos lancinat acrius.

AD

MARIANUM VIRGINIUM.

IN

QUENDAM NIMIUM

SUÆ

FAMILIÆ JACTATOREM.

O D E III.

Quid Palatino numeroſa cinctu
Sceptra, & antiquos Curii nepotes?

A 4

Quid

Quid tomas Regum trabeas, avitis

Nixe triumphis.

Qui crepat Patrem, veterumque grandes

Nominum fastos, aliena jactat.

Quid juvat si quis male mutuo

Fulgeat auro?

Nostra nos clarat, Mariane, virtus,

Et suo quondam generosa plausu

Acta: ventosi procul abstulerunt

Cætera Cori.

Nam quid illustri tumeat parente,

Ille facundi Ciceronis hæres;

Cui parem Patri, minus æqua, linguam

Fata, negarunt?

Quis coronatos tenui Popielos

Praferat Piaflo; licet hi superbas

Luserint cunas super: hunc modesta

Tinxerit unda:

Ille supremum Patruum Patrisque

Scipio probrum; docuit scelestos

E bonis nasci: tenebrasque clarum

Gignere fulmen.

E casâ quantus Cato Tusculana?

Quantus à servo Marius ligone?

Nemo Lucinæ meritis onustos

Debuit annos.

Nemo virtutem Proavus Paterque

Vixit in nostram. sibi quisque famam

Debeat, nec se vetulis Avorum

Augeat umbris.

Qui suo Titan micuit sereno,

Clarius fulget: minus at minoruna

Vulgus astrorum, sibi commodato

Ardet in igne.

Quin suas Phæbo repetente flammæ,

Menstruum Lunæ periisse vitum

Et cavum cornu, vacuamque primo

Lumine frontem.

Sæpe ridemus ; quoties frequentes
 Inter Eclypses moritur , propinqui
 Luminis pauper ? quoties minori
 Tollitur ortu ?

Sic adoptivo radiatus igni ,
 Et Patris tantùm satur ; in frequentes
 Languet Eclypses , dubioque famam
 Funerat æstu.

AD

EQUITES POLONOS
 GENEROSA LIBERÆ
 GENTIS GENETHLIA.

O D E IV.

Polone , nam te , Carpatiis super ,
 Fertur marito Marte , recessibus
 Regina LIBERTAS , reclinem
 Non humili genuisse partu.

Armisque cunas suppeditantibus

Inter severi præsidium Patris

Jecisse , ferratasque subter ,

Sic temerè posuisse peltas ;

Pardoque parvum pectus & horridis

Texisse villis , & Mareoticas

Per scuta reptanti , per arcus ,

Magnanimam puero Parentem

Aptasse lyncas. Mox ubi grandior

Succrevit ætas , & gravioribus

Pectusque roburque & feroces

Aufibus infremuere vires ;

Quà se reductis collibus explicat ,

Audax , superbo vertice , Carpatius ,

Duxisse , projectasque latè

E tumulis digito docente ,

A 5

Mon-

Monstrasse gentes ; quâ gelidum caput
 Canis, Bootes, crinibus oblitum
 Ostentat, & noctis labores
 Parrhasii vehit ora plaustrî.
 Has (inquit) olim Nate, memor Patris,
 Non semimembri degener areas
 Metire passu, si Paterni,
 Multa sedet tibi cura, Martis.
 Seu te cruenti prælia Jazygæ,
 Seu bellicosi classica Theutonis,
 Ensesque terrebunt ; revicta
 Invidiæ super ibis arma
 Languet, molesto si vacat æmulo,
 Heroa virtus. quidquid atrocior
 Procella, discordesque Parcæ
 Eruerint, generosiore
 Evince nisu, dura probat viros
 Sors ; fluxa, molles. ne violabili
 Succumbe fato, sed per ipsa,
 Intrepidus, age tela, passus.
 Fortuna fortes ipsa subit manus ;
 Fugit remissas. cui gravis ad latus
 Dependet ensis obsequentem,
 Ipsa sibi parat ense sortem.
 Frustra querelis fata lacesimus ;
 Nullum decori nominis à tholo
 Lucina pellit : æviternæ
 Quisque potest Faber esse Fama.
 Tum si rebellis ripa Boristhenis
 Formidolosò provocet alveo ;
 Jam tunc & alternis frementes
 Consiliis animos remisce ;
 Et æstuantis fræna licentiæ
 Adstringe prudens. nec Fabii moras,
 Nec fulmen incertum volantis
 Scipiadæ, nec avara Pæni
 Dux arma temnit. pænè magis ferit
 Librata forti consilio manus.

Qui bella præceps gessit; altos
 Ipse sibi eripuit triumphos.
 Deliberato fortius impetit
 Gradivus ictu. quod temerè jact
 Bellona telum, assibilantes
 Sic temerè perit inter auras.
 Quin & cadendum si fuerit; prius
 Quâ victus olim parte cadas tui
 Adverte. nam quandoque Laurus
 In mediis viruit ruinis.
 At nec tuo te dividat arduus
 Ab hoste murus. qui caput obvio
 Opponit hosti, grandis olim
 Pro Patria stetit ipse *Murus*.
 Imbelle quondam mænia condidit
 Plectrum: virilis ad sonitum tubæ
 Eversa Jericho, superbas
 In tumulos propè vertit arces.
 Parum probroso carcere discrepant
 Obducta vallo mænia: coctiles
 Evade Caucasos, decoræ,
 Quisquis amas, monumenta, famæ.
 Capaciori se fovet ambitu
 Commissa campo gloria; displicet
 Inclusa Libertas: apertis,
 Bella Lacon bene gessit, arvis:
 Hac arte quondam, Nate, capacia
 Per æmulorum vulnera, ad arduam
 Virtutis eluctatus arcem
 Magnanimâ potiùre Famâ.
 Vis nulla fortem territat. hinc tibi
 Importuosæ littora Daniæ,
 Gotusque, Vandalusque, & atrox
 Massagetes, domitusque Biston,
 Hinc subjugatæ ripa Silexiæ,
 Totusque magni tractus Orionis,
 Quæ sudat Euxinus, Tyrasque
 Vistuleo medjante fluctu;

Hic victa Laurum Russia porriget,
 Feroxque Bessus. non ego Moschum,
 Nigramque Mæotim; nec ampla
 Herciniæ fruticeta sylvæ
 Cædesque dicam: non ego Pannonem
 Nec edomandæ culta Valachiæ;
 Quicumque Libertatis olim
 Hostis erit, simul & Polono
 Dicitur hostis. Non Latios ego
 Fasces, nec alti mænia Romuli,
 Urbemque præpono, Polono
 Orbe super, Lechicoque cælo.
 O gens avitæ conscia Gloriæ!
 O Liberos Regia Civium!
 Hic fixa LIBERTATIS AULA;
 HOSPITIUM EST alibi, domusque
 Quas evagantis plaustra vehunt Getæ,
 Quocunque plebem dura vocat fames.
 Quò pulchra Libertas Latinæ
 Gentis? Achæmenii que sceptri?
 Quo bellicosæ obruta manibus,
 Et liberorum funere Civium
 Carthago? quo Spartana virtus
 Magnanimis male fisa telis.
 Adhuc parabat plura; sed ilicet
 Se Regiarum exercitus Alicum
 Libravit, heroumque festis
 Auspicium tibi plaussit alis.
 Sic longioris impatiens moræ,
 Polone, Divam linqvis in ardea
 Effusus, Attestationem
 Veridicæ properasse Divæ
 Actore ferro. jam Tibi Thracii
 Saltus, supinis frondibus annunt;
 Veramque mancipatus actis
 Historiam probat Ister undis.

AD

NICOLAUM LYCUM

Nosce te ipsum.

O D E V.

Utcunquè ingenuæ mentis avarior
 Instas ipse tibi, certa que proximo
 Urges damna lucro; corripe languidas
 Torpentis genii moras.

Frustra Cecropiâ bile sonantia
 Pulsamus calidis pulpita dexteris;
 Frustra sollicitæ lucra scientiæ,
 Tanto fœnore quærimus.

Ille & doctiloquo Socrate doctior,
 Qui se novit, erit. Se magis & sua
 Rimatur Sapiens; cætera pronior
 Vulgo linquere mobili.

Sic tu non vacuæ sedulus indolis,
 Inter perpetui claustra silentii
 Hoc appone lucro, & hoc, Lyce, computa;
 Si te, si tua noveris.

Felix, si vitii parcus, & abstinens,
 Clausum compositæ veste modestiæ
 Emendas animum; nec volucrem, sacro
 Mentem perdis, in otio.

Quidquid magnanimæ demimus indoli,
 Cælis inferimus: nemo suam minus
 Quam qui plus satagit perdere copiam
 Lucri depositor sui.

FER-

FERREUM SÆCULUM

Bellorum Civilium calamitatem
deplorat.

O D E VI.

Aureis quondam spoliata venis,
E recudendo fore, lustra ferro.
Prisca Saturni docuit vetustum

Fabula vatem.

Heu dolor! seri, tremimus nepotes
Ferreis menses tonuisse seclis.
Vidimus tandem solidata duro

Lustra metallo.

Ferreis regnat modo quisque sceptris;
Ferreas cudit capiti tiaras,
Ferreos Cives regit; & cruentis

Imperat armis.

Quin prius fufum premit alter hostem,
Quam premat cunas: prope cum parato
Nascimur ferro; propè cum sinistris

Nascimur armis.

Hic heri natis inimica dextris
Castra metatur; teneroque Martem
Increpat fletu, nec adhuc feroces

Aptus ad iras.

Jamque vicinum pudor est in hostem
Cominus strictum finuasse telum;
Missa jam passim volucris feruntur

Vulnera ferro.

Sic & infuso leviora plumbo
Fata, inassuetis geminamus alis;
Atque tardatas properamus ipso

Pondere mortes.

Quà procellofis mare spumat undis
Castra densamus; tumidumque Martem

Neroi

Nerei molles superambulare

Cogimus undas.

In reluctantes trahitur Charybdes

Tota suspensi rabies furoris :

Nec placet terræ stabilis severo

Area bello.

Inde suffuso, Thetis ipsa, Ponto,

Prodigum vitæ fremit in furorem.

Inde batthatur, dirimitque merfas

Nereus iras.

Jam Deum belli pudet esse Martem,

Quod profanatis vitiamus armis.

Pænè jam lassant mutilanda fessas

Stamina Parcas.

Dum moras pigri furiosa lethi

Impiis pubes refecat duellis

Et Charonteo sine lintre nigros

Trajicit annes.

Ah! fatis multo micuère ferro

Arma civili glomerata Marti!

Ah! fatis multo pavidi natarunt

Sanguine campi!

Siste, jam tandem, tua tela, siste,

Tela cognatis inimica telis,

Siste bellorum furor; insequentes

Sistite Parcæ.

Jam propinquorum erubuitis enses

Civium cladem: trepidæ cruentâ

Purpuræ Regum maduère, vivo

Murice, lymphâ.

Quem modò fractis fitière telis

Bella civili, saturata tabo;

Totus, hoc, totus, potuit parati

Sanguine mundus.

Jam Talassano caruisset auro

Pontus Euxinis animosus undis.

Nec recusasset renovata torvus

Jura Pelasgus.

Jam

Jam supinatus timuisset Aedon,
Actias rursùm sinuare turmas.

Jam recondisset fera subjugatus
Arma Pelorus.

Jam Selymbranum licuisset Hebrum

Inter assertos numerare fontes :

Et propinatos Getici bibisse
Strimonis amnes.

Pella jam nobis, dominusque Pindi

Thrax, catenato trepidaret armo :

Et pedum Bessus minor, & vetusta

Templa Cayri.

Jam Palæstino viduus tributo,

Inter obscuras latuisset umbras ;

Ac sub instratis Solymæ Tyrannus

Sterteret armis.

Subditum nobis domuisset Orbem,

Qui modò vano furor ardet æstu ;

Atque cognatis hebetat propinquos

Cædibus enses.

Ah ! fatis multâ tonuistis irâ,

Bellicum Reges cicurate ferrum ;

Et cruentatas nimio lavate è

Sanguine dextras.

Jam fatigatus subeat relictam

Mucro vaginam ; pharetræque lassis

Exuant telis latus, & feroces

Arma lacertos.

Si legi vultis memoresque laudum

Annuas, tantis cumulare gestis :

Jam licet vestros nimio notare

Sanguine fastos.

Quæ modò torvis radiant sub armis,

Tetrico mitras gravidante cono,

Pulchriùs pingi foret in quietis

Tempora ramis.

Ah ! fatis multa dubiæ ruinâ

Regium terræ, didicere ferrum.

Scimus irasci; sed & hoc sciamus

Parcere Reges.

Vidimus sævis solidos in armis

Publico Reges riguisse ferro;

Vidimus clausos galeâ, minari

Fulmina vultus;

Quin & offuso videamus auro,

Regios rursum micuisse crines.

Præbeant nobis hilares apertâ

Casside vultus.

Aureum Reges potiùs serenum

Quam cruentati iuvat ira ferri.

Vulgus irasci decet; at faventes

Parcere Reges.

AD

VIRGINEM MATREM.

Unicum vitæ suæ solatium.

ODE VII.

Unica Virgo meo, (placidi subscribite soles)

Materies gratissima plectro.

Cui ego devotis æterno fædere metris,

Innocuam vexabo papyrum;

Cui calamos lassabo meos; & nomina mille

Afcreâ meditabor aristâ.

O *Voti mensura mei!* totumque quod opto?

Aut levibus sequor usque sarissis?

Cur mihi sollicitis turgescant provida curis,

Immerito præcordia questu?

Cur tetrico rigeant inconfona viscera planctu?

Et lacrymis mergantur in ipsis?

Cur capitis sterilescat honor? vel corde rebeli

Cum moræ tremuere procellæ,

Seditiosa fremant dubii sine nube sereni

In trepidis suspiria venis?

Ite graves curæ, queruli procul ite dolores,
 I, rabido, comes ira, furori.
 E terris auferte diem; confundite cælo
 Tartarei grave sulphur Averni;
 Ite, solum miscete Salo, refugasque paterno
 Stellas exspoliare nitore;
 Nil moror, æstivos undis exstinguite soles;
 Nullum astris servate colorem:
 Lætus ago, totusque tuo, mea virgo, sereno
 Devotas tibi recreo chordas.
 Te nostrum suspirat ebur; tibi filæ loquuntur,
 Facundum tibi mussitat aurum.
 Et licet in mediâ lucentur carmina nocte,
 Ac furvas timet ala procellas;
 Unica tu variis vestito nomine flatibus
 Illimi variaris in ore.
 Nunc gracilis Cynosura micas; vultumq; modesto
 Mane meum, superinduis igne.
 Nunc medio crispata pharo, vigilataque bino
 Dispensas mihi lumina cornu:
 Nunc cava virgineis exæquas cornua gemmis,
 Et pleno stas Cynthia vultu:
 Nunc lucis moderaris equos, nimiumque calorem
 In medio suspendis Olympo.
 Una mihi suppleas extinctos ætheris ignes
 Docta novum simulare Phantem.
 Unica, pro cunctis, mihi sufficis omnia, Virgo.
 O miseræ compendia vitæ?
 O nostri *mensura boni*! te stante, virebit
 Perpetuis mea laurea ramis,
 Te duce Pierio vernabunt tempora sero,
 Et nostri reverentia plestri.
 Tu nostrum moderaris ebur; dubiosque magistro
 Instituis conamine nervos.
 O nostræ *vox*, Virgo, lyræ? mea *SUADA*, leposque
 Æternum tua sim precor *ECHO*.

COMPENDIOSA
FELICITAS.

AD

BOTUIDUM ANTIMUM.

ODE VIII.

Impensisne minoribus
 Felicem fierime pudeat? Bene
 Paucis vivitur. Antime.
 Omnis turba gravis. Non ego nobilem,
 Turpis sollicitus tueri,
 Fortunæ voveam tollere sarcinam,
 Si census mihi sufficit
 Quantuscunque mei. Te licet annuis
 Centum prædia messibus
 Inter fædifragæ lucra pecuniæ,
 Vasto pondere deprimunt;
 Nullâ parte mei niteris altior.
 Defunt pauca mihi: tuam
 Quantuscunque famem Jupiter impleat,
 Quantuscunque sitim Tagus,
 Nunquam non sities: verior aurea
 Inter flumina Tantalus,
 Jejunosque suas inter opes Midas.
 Frustra vota crepant tua.
 Quantum quisque potest temnere, possidet.
 Seu ditis juga Lydiæ,
 Seu messes Arabum, vel Tyrii maris
 Census spreverit. Illius
 Fortunam veneror; qui cupiit minus,
 Votorumque superbiam
 Adstrinxit rigidæ lege modestiæ.
 Nunquam non sibi sufficit
 Mens angusta domi, Seu gravis arnuat

Toto Jupiter impetu;
 Seu fractis reboent fulmina nubibus:
 Nullus, Pauperiem, DEUS,
 Infenso poterit sternere spiculo.
 Quidquid non cupio, meum;
 Quidquid calco, meum est; quidquid opum fa-
 dat Fortuna aliis; Midâ, (vens
 Et Tartessiacis ditior Insulis
 Pulchrâ sperno superbiâ,
 Audax, me propriis addere censibus.
 Quantunt Gargara seminant;
 Quantum Sardus arat, nescio: sed meis
 Nunquam limitibus minor,
 Terræ quanta mihi portio sufficit;
 Tumbâ metior ultimâ;
 Nec laxo nimis vota decempedis.
 At te cura severior
 Votorum dubium; te vigil ambitus;
 Te fastidia noctium,
 Ac infensa thoro somnia lancinant,
 Et voto brevior dies.
 Tanti divitias, Antime, non emo.

BICOLLIS PARNASSUS.

AD

EQUITES POLONOS

Ut armis & scientia ad immortalẽ
 gloriam connitantur.

O D E IX.

Famam, Poloni, non pretio grave
 Mercemur aurum. quid malè barbaro
 Piscemur in Tago? perennes
 Ferre negat Tagus ipse gemmas.

Mar-

Martis, vel artis, vel gladii stylo
 Nostros in atræ pectore Thraciæ
 Scribamus annos; & refusus
 Sanguinibus Dolopum nefastas
 Mergamus iras. Jo! recens novum,
 Inter Geloni littora Nerei,
 Bellona metatur theatrum;
 Quisque manu melioris annos
 Invadat ævi. dulce sit è sui
 Vultus aperto vulnere gloriam
 Fudisse; dimotisque pulchram
 Visceribus peperisse laudem.
 Vel quem cruentis Mars procul arcis
 Exesse iussit. Castaliis super
 Desacret in campis perennem
 Non humilis, sibi, Mystra, Faniam.
 Huc eruditi se KOCHANOVII
 Acerque fratri TWARDOVIVS comes
 Invenit, & MORSTINIANO
 Calliope tenuanda plestro.
 Hic ille magno non minor æmulo,
 Horatianam SARBIVIVS lyram
 Æquavit; & notum Polonis
 Pressit iter, Lechicisque callem
 Olim premendum passibus. huc novo
 SARBIEVIANI pectinis entheo
 Impulsus, excitata KANON
 Fila tulit, veterique notus
 Aernus æstro. Quid memorem quibus
 Majora Phæbum Numina, & inclytos
 Stagira suppressit calores,
 Et geminæ monumenta pennæ
 Invidit orbi. Quid juvat heu dolor
 Nostri magistrum dicere pectinis
 KUNUMque KARWATOS que, & acrem
 Nunc etiam lituo lyraque
 PALUSZKIEWICUM. Vos etiam quibus
 Novella primo gloria phosphoro

Affulget, & non pœnitendus
 Castaliæ radios diei
 Accendit ardor: quos ego. nunc mihi
 Adducta sacro labra silentio
 Arêtantur. Eheu! pertinaces
 Pierio latuisse nido,
 Adeste vates. quid iuvat ad pedem
 Bicollis aulæ, nuper Anonymos
 Reptasse; nec noscenda mundo
 Aonium monumenta supra
 Urgere clivum? huc huc age Sarmata,
 Polona per vestigia, tutiùs
 Sequamur, adnisi priorum
 Emeritas cumulare lauros
 Ductore vel me. non ego seigniùs,
 Quanquam capacis parcior ingeniù,
 Ad alta Parnassi præibo
 Culmina, Pegaseosque colles.
 Quin nec sagittis, nec pharetrâ caret
 Apollo; doctam scandite Phocidem;
 Doctisque temperate lymphis
 Sanguinei maria alta belli;
 Dumque eruditos Pegasus elicit
 Haurite fontes. hîc decus eminet,
 Magnæque desacrata laudi
 Pierio viret aula vere.
 Non temnit acer prælia masculi
 Apollo Martis: nec decorum parens
 Minerva, Bellonam sequestrat
 A propriis, inimica, signis,
 Binis, Poloni, collibus eminet
 Parnassus: unum si dominus premit,
 Apollo; non Marti capacem
 Sarmatico negat alter ædem.
 Hinc mitiores sinistra citent modos;
 Illinc cruentum classica perstrepant;
 Discorsque concordi tumultu
 E geminis replicetur ECHO

Sonora

LYCURIUM

Sora divi hinc sua P

Fuena, ad proleat

At in hinc Hippo

Pœtius

Quam superio be

Lætaris: ihumma

dit, in vobis, P

g gemino hinc an

SECRETUM

BALDUINUM

In au

Nunquam,

Privata in

Annus tolera

Quædam re

Non postrema cau

Est, aquare suis

Qui cum temp

Olim desin

Sic Malabaricus pe

Obliqua memo

Vincit Nauta p

Irai rabiem

Atqui plena Notis

Ovum, perit.

Quibus mare in

Cetera summa

Sonora clivis. hinc sua Pegafus

Fluenta, docto proluciat pede.

At inde bellax Hippocrenem

Fundat equus; nec avara lethi;

Quantquam superbo Bellerophon situ,

Lacessat auras; flumina, prouat.

Sic una, sic vobis, Poloni,

E gemino fluet amne, Fama,

SECRETUM POLITICUM,

AD

BALDUINUM PLANCUM.

In aula degentem.

O D E X.

Nunquam, Plance, Typho turbinis Aulici,
Privatae injicias fræna potentiae:

Annisus tolerare

Quidquid tollere non potes.

Non postrema catae laus sapientiae

Est, æquare suis tempora moribus.

Qui cum tempore prudens

Olim desipiet; sapit.

Sic Malabaricis fortior Africis,

Obliquata memor flectere carbasa,

Vincit Nauta procellam; &

Irati rabiem maris.

At qui plena Notis vela frementibus

Obvertit, perit. non bene navigat.

Quisquis nare laborat

Contra fluminis impetum.

AD

JUNIIUM.

Æstas, suis & Poëticis floribus depicta.

ODE XI.

JAM Soporatos meruit tepores,
 Floreo tellus hilarata risu;
 Sibilant auræ, Zephyrusque vernum
 Circinat aurum.

Jam coronato trabeata flore
 Ætna; quam miti gravidat maritus
 Halitu ventus, dat odora picti
 Munera veris.

Blande vernandis moderator orbis
 Cui vagabundæ famulantur Horæ;
 Quem timent nubes, fluidusque sese
 Subjugat æther.

Cui decem ternas vigilare noctes,
 Et renidentes radiare stellas,
 Jusfit Astrorum Pater è supremi
 Lege Senatus.

Cui dies ternos decies, & ortus
 Phæbus accendit; totidemque Lunas,
 Quem fovet lenis calor; & renata
 Deperit Æstas.

Cui coruscanti galeata culmo,
 Splendidè nanos, seges ambit agros;
 Dum Ceres flavo capitale sudum
 Induit auro.

Jam tibi pronis agitantur hortis,
 Jam reclinato saliunt capillo,
 Virgines campi; reluitque castas
 Nereus herbas.

Quà

Quà superstantes stupet unda montes,
 Et repercussâ tegitur sub umbrâ :
 Dum notat Phœbus, mediisque colles
 Scribit in arvis.

Dum fremunt ripæ, refluxoque fluetus
 Nititur fluctu : simul ipsa secum
 Pigra luctatur Thetis, & jacentes
 Increpat hortos.

At simul planæ per aprica terræ
 Liliis misti fluitant Acanthi ;
 Et rudes ulvas agitat jocantis
 Aura Favoni.

Nutat intonsis nemus omne ramis,
 Et retro versas simulat procellas
 Frondium fluctu ; tepidasque subtus
 Educat umbras.

Hic tibi Bacchus fluidum racemis
 Impedit crinem viridesque canos ;
 Quem verecunda erubuit pudici
 Purpura botri.

Hic per amplexus gracilesque vittas
 Ambiunt celsas hederæ cupressos ;
 Et minus grato religant maritas
 Stamine plantas.

Fallor ! an vivis oculatus astris,
 Ridet hortenses polus ipse scenas ?
 An suum passim sibi viluisse
 Incipit aurum ?

Attamen picto foliorum acervo
 Floreis cælos imitatur astris
 Frondeus fornix, humerisque lentas
 Evocat auras.

Candidis passim viret in theatris
 Scena florali tumefacta prole ;
 Quà sibi florum sinuant minores
 Castra Quirites.

Hinc coruscantes imitata stellas
 Flora nativo variat tenellum

Serico germen , radiatque flavis

Lilia cirris.

Inde bulbosis tuberosa cristis

Lacteo nutat Rosa sub colore ;

Quam pudor circumvolat , & parentis

Gloria veris.

Inde dispersis lacerata spinis

Floridum scitè simulat cruorem ;

Ac odorato socios amœnat

Sanguine dumos.

Hic leves pleno pateras odore,

Caltha Pæstans cumulata villis ,

Largius farcit , varioque se se ac-

cendit obryzo.

Inde , Romano saturate fuce ,

Languide fuscis , Hiacynthe , crines

Lætius pandis , simillique cælum

Ore salutas.

En & Hybleo melior galero

Imperat stratis Amaranthus herbis.

En Cyaneis cinerosa ridet

Terra sub alis.

Hinc micat densum jubar , inde montes

Vestiunt laxis humeros corymbis.

Hinc apricantes tenero rubescunt

Murice flores,

En odorato teretes hiatu

Lene suspirant , Zephyrumque pandis

Increpant labris , & hylca verni

Flamina venti.

Dum tuas ergo canimus Kalendas

Pulcher hortensis dominator oræ ;

Dulce pratorum decus , & jugalis

Gratia prati,

Huc ades tonsis comitatus Horis :

Te vocat Pallas , vocat ipse Phœbus.

Hippocreneas tibi spargit acer

Pegasus undas.

Inte-

Interim motis animata ventis
Fila vocalis sonuere buxi ;

Et sua , Virgo , tibi sponte nostrum
Tinuit aurum.

Ergo puniti monitore Cauro,
In tuos , Virgo , properent honores,
Carminum nexus , mericumque soluat
Chorda tributum,

Nec tibi solus cano : totus inde
Junius quassis tibi mustat herbis.
Cantitant rivi , Citharæque mollis
Accinit Echo,

G A Z A

S A P I E N T I S .

AD

EULOGIUM LANDIUM.

O D E XII.

Fortunæ famulos insequor arbiter
Fortunæ , aut dominus. si meritis parem
Sortem possideam , cur capitis minor
Illam fronte colam meâ ?

Nunquam se sapiens muneribus suis
Indignum faciet. quidquid amabili
Dat natura manu , ceu sibi debitum
Fatis emeritus capit.

Si non arcet opes , non nimium tamen
Amillas queritur : non abeuntibus
Offusas lacrymis objiciet genas ,
Non maestum gemitu caput.
Non udis subitam prosequitur fugam
Fortunæ lacrymis ; se tenet integrum ;

Illi divitias, fataque mitia,

Se præter rapient nihil.

Quin sub magnificis pauperiem pati

Novit Roma tholis: novit eburneâ

Inclusus proprii sede palatii

Romanæ Cato curiæ.

Inquit, divitias possideam meas,

Non à divitiis possidear meis:

Illis fors aliquem si dedero locum,

Pectus, meque negaverò.

Quantumcunque mihi fors mala dempsêrit,

Nulla parte mei sum minor: ilicet

Concessæ rapiat munera copiæ;

Me plenus, cupio nihil.

AD

VALENTINUM

CRIMANIUM

Ne spes vota que sua in longum rejiciat.

ODE XIII.

Heu ex futuro vivitur! occidit
Commisssa longæ spes trieteridi. at

Mutanda cum differtur ætas,

Alipedes petit inter annos.

Patranda nemo non sibi destinat:

At facta vanis pollicitis dies

Vanescit in noctem, & per omnes

Sacula præcipitantur horas.

Alter Caleno spes tumidas mero

Inter capaces ructat amystides:

Alter Musarmanas refusis

In cyathis propè mergit arces,

Et

Et picta vino mania : sed fimul
Cum temulentam mens redit ad manum ;

Condemnat hesternos furores ;

Et pharetras , gladiosque prisco

Defigit unco. Si tamen audiat

Sarbieviani classica pectinis ;

Magnisque pleniora spebus

Barbita , Sarmaticoque dictum

Votum Gradivo ; gaudet & ilicet

Futura parvis bella nepotibus

Commendat : ordinatque feris

Omina continuanda votis.

Hâc , nate , dicens , hâc pede libero ,

Ad celsa magnæ culmina gloria

Contende ; quâ vatis Poloni

Magnanimum stimulavit æstrum.

Te bella , te Mars ; me manet interim

Obliviosi pocula Cæcubi

Haurire , semestrique Zyto

Præteritam jugulare bilem ,

Bellique fumum. Voluitur interim

Sensim reductâ signifer orbitâ ;

Et multa sperantem citatâ

Destituunt animum Kalendæ.

Ehêu ! Grimani , te tibi vindica ;

Et computati commoda temporis

Censumque collige ; ac negantes

In se iterum rediisse menses.

Cunctis severum Numen inhospitas

Affigit alas spebus : adhuc suo

Implumis in nido , futuros

Crescit adhuc cita plebs in annos.

MISERUM ESSE
 QUI
 NUNQUAM FUIT MISER
 AD
 JOSEPHUM MUNATIUM.

O D E XIV.

FAllimur. semper miser est, Munati
 Qui miser nunquam fuit. ille magnæ
 Anxius fortis, dubio timorem
 Librat in axe.

Ille venturæ trepidus procellæ,
 Ne miser fiat, timet; & futurâ
 Sorte torquetur; mediisque miscet
 Vota querelis.

Ille fortunæ dubius, sui que
 Incapax fati, temerè coactis
 Æstuat votis: & avara secum
 Prælia miscet.

At cui magni patiens periculi
 Pectus indurat gravis inquietæ
 Ira fortunæ; miser esse longo
 Discit in usu.

Ille & iratum patiente fatum
 Territans vultu, sibi destinatos
 Ridet insultus, validoque lassat
 Fata duello.

AD

AD

AQUILAM POLONAM,

Ut bellicosos ævi nostri Heroas toto Orbe
celebrandos differat.

O D E XV.

O Quæ Sarmatici conscia Nominis
Armatis penetras astra volatibus;

Et pro vindice iusta

Vibras fulmina Numine.

Cui scindi patiens æthra fidelibus

Ventis obsequitur; quam Zephyri pavent;

Cui se spontè minorum

Vulgus dedicat alitum.

I per Marmarici devia climatis,

I per Memnonii littora Nerei;

I, quæ se pretiosis

Ganges fluctibus erigit.

I quæcunque vagâ Fama volans rotâ

Rumores volucris spargit ab effedo:

Et quæ se lacrymoso

Arnus plorat in alveo.

Hic & Sarmatici fulmina prælii,

Et fractos solido Bistonas impetu,

Korakosque, Getasque,

Et canæ juga Moschuæ.

Hic magnos memora Lechiadum Duces,

Qui Thressæ toties cornua Cynthiæ

Eclipsim docuère, &

Lucis pauperiem pati.

Hinc palmâ duplici digna **ZAMOSCIUS**

Stringat laurigero tempora vinculo:

Hinc **ZOLKIEVIUS** ipsas

Inter vividior neces.

Quid

Quid **CHODKIEWICII** patria Gryphibus,
Quantum **SRZENIAVIO** Lechia flumini;
Et **KONJECPOLIANO**
Marti debuerit, cane.

Dic quot **CHMIELECIO** Thracia robori,
Quot *Piascynia* Moscuæ dexteræ
Palmas nexuit: aut queis
Mocerarski increpuit tubis.

Non indicta tibi transferit cave
Æternanda tui clava *Potocosi*.
Et quidquid Lechicorum
Censent secula Principum.

Quæ **VISNIEWECIO** gloria nomini
Non impar fuerit? quem male barbara
Marti Parca Polono
Cæco messuit impetu.

Nec **KAZANOVII** classica prælii,
Nec **TYSZKIEWICII** fulmen acinacis,
Firlesque, gravesque
Ore ac **OSTROROGOS** manu.

Nec te **Littavici** gloria nominis,
Radvile, leves inter *Ethesias*,
Indictum populosis
Rumor deferet *Africis*.

Hinc **LANCKORONIOS**, inde **KORECIOS**,
Et fortes alacri **GASIEVIOS** manu,
Et quem præcoce fato
Stravit Parca **SIENIAVIUM**.

Hinc sexcenta canet nomina; queis mea
Succumbit tacito charta silentio.

Sed quæ grata perenni
Signat Patria carmine.

At tu quæ *Lechicæ* laudis amantior
In nostro genita es, *Gloria*, *Carpatho*;
Quidquid *Martius* ales
Magnis deferet *Insulis*.

Dignos

Dignos perpetuis laudibus, & tuis
 Heroas memori carmine dislere,
 In Fastosque perennes
 Magnis infere litteris.

AD

REMIANUM
 BOCACIUM.

Ab aliorum opinionibus Poëtas
 pendere.

O D E XVI.

Magnis molesti censibus ingenii
 Avara famæ sæcula, & improbos
 Sudore mercamur favores.
 Ac refugam, Remiane, vani
 Honoris umbram. quisque suâ minor
 A laude vulgi captat Ethesias.
 Pendemus à nutu, & fugaci
 Arbitrii popularis aura.
 Se nemo magnus iudice. displicet
 Domi æstimati gloria nominis.
 Externa captamus: recenti est
 In pretio peregrina virtus.
 At dum exterorum laudibus æmuli,
 Intra petitæ mercis adoras
 Fuscamus; heû totum molestâ
 Iavidis tumulamur umbrâ,

AD

VIRGINEM MATREM

Serenissimam Augustam suam.

Ex Eccl. 24.

O D E XVII.

Sunt quibus, Virgo, graviore buxo,
Martis iratas licet inter hastas,
Illi muros placuit canoro

Condere versu.

Principum fessas leviore mentes
Voce mulcebant alii, nec unus
Censor humanos citharam docebat

Carpere mores.

Ille mordaces Satyras, papyrum
Ille Bellonam docet, inque chartis
Castra metatur, calamoque vivas
Allinit hastas.

Una tu nostro tamen, una, plectro
Sufficis, Mater! placeat Latino
Elaccus Augusto; placeat Pelasgo
Hector Homero;

O tibi, Virgo, placeam! mæxque
Ipsa sis numen placitum Camænæ!
Ipsa Mæcenæ mihi, Cæsar ipsa,
Hector & ipsa.

Si mihi Mavors sapit, ipsa castra
Explicas: quin nec renuis vocari
Cælitum murus, superisque firma
Mænia turmis.

Te rudis quondam, titubante versu,
(Nam nec infantem tua spreuit olim
Comitas vatem) resonos docebam
Plaudere colles.

Te

Te pigras lætus docui paludes,
Te lacus, Virgo: tibi lucus omnis
Annuit; Matrem cecinit ter omnis

Ripa MARIAM.

Erigebaris propè Jerichanas
Nobilis valles, Rosa; vel Cupressus
Quam Sionei coluère moto

Vertice montes.

Inde surgebas Libano suprema
Cedrus, alatis spatiosa ramis;
Inde stillabas liquidum fluenti

Nectar olivo.

Hinc triumphalis caput in Cadano
Palma pectabas tumulo; mihi que
Blanda odoratis procul explicabas

Cinnama libris.

Nunc mihi, leni famulante vento,
Balsami castas jacularis auras
Crinium luxu; madidisque stillas

Mirrha capillis.

Quidquid es, quidquid cupies vocari,
Gratior nostro nequit esse Phæbo,
Quam Tuum, si quæ sibi vindicavit

Pagina, nomen,

Te sibi vernis vigiles sub umbris,
Virgo, narrabant quoties Camænæ
Tristis invito toties recessit

Phæbus Olympo.

Audiit lætum nemus, & sonoro
Fronidium plausu Tibi ter clientes
Subdidit ramos; vetulasque iussit

Discere quercus.

Quidquid Astræo meditante buxo
Fuderam Vates: tibi ter, triumphæ,
Et ter applausum resono dedere

Ore cavernæ.

Littus auritos, fluvio morante,
Torfit arrecti cumulos fluenti,

Et suos iussit mea Te canales

Psallere Virgo.

Orpheus motas velut alter ornos

Tunc ego blando super arva cantu

Lenè deduxi ; patriosque suasi

Linquere colles.

Me minus culti lapides trahentem

Pectinis cantu , scopulosque , risit

Ismarus , retrò proprias iubens de-

scendere rupes.

Ad Marianæ pia tecta laudis ,

Ad Marianæ monumenta famæ ,

Ad Mariani superis propinquam

Nominis arcem ;

Ad Marianas , mea plectra , Thebas

Ite , festinum glomerate marmor ;

Ite , Maternæ fabricate celsa

Pergama laudis.

Hæc ego castis mea metra cedris

Lætus incido , meritosque honores :

Hæc cedri crescent , ubi vos mei cre-

scetis Honores.

SUO SE TANTUM CLARERE VELLE.

O D E XVIII.

FUmosas atavum jactet imagines,
Ac depicta patrum stemmata, propriæ
Qui virtutis eget. qui sibi non suo

Laudem conciliat lucro.

Hic & perpetuo grandia Consule

Pingat Romuleis atria fascibus :

Et quæcunque prior gesserat Annibal,

Aut forti Æmilius manu.

Ille

Ille & Dardanio colle superstites
 Pœnorum exuvias , raptaque vel Getæ,
 Vel Daco numeret signa ; & in arduis
 Nixos Scipiadas tholis.
 Illum picta juvent symbola , non suis
 Augustum titulis. me minor , at mea
 Virtus , & rudibus confita literis
 Lassæ pagina dexteræ ;
 Me , vel Pierii nobilitas Dei ,
 Vel possessa suo pectora numine ,
 Et simplex citharæ murmur , & ingens,
 Et lætus calami labor ,
 Fatis insinuent. Regibus aureas
 Ultrò cedo mitras , dum mihi doctior
 (Si tantum mecum) non timidum mori
 Stringat laurea verticem.

IN SICCO
 NAUFRAGIUM

In turpem ebriosorum insaniam.

O D E XIX.

AN vos bibaces gutture spongiæ,
 Ipsamque siccis visceribus sitim
 Nutritis , ô avara potus
 Et calicum studiosa pubes?
 Alter penates , alter & integrum
 In poculorum naufragio Patrem
 Immerfit ; antiquumque vastis
 In cyathis sepelivit aurum.
 Alter decentem. pro dolor ! indolem,
 Et patriarum lumina mentium
 Exinxit : infuetoque sanctos
 Ingenui radios honesti

C 3

Oppres-

Oppressit imbri. Quatenus heu nefas!

Dum se scelesto savior Evio

Inflamat; infusoque pubes

Incaluit liquidum calentis

Humore Bacchi. sæpè ferocibus

Indigna Baccho prælia dexteris

Invasit, & refudit haustum

Sanguine nobiliore vinum.

Nam cum bibendum defuerit merum,

Siccis propinant vulnera poculis;

Illumque, qui fundendus olim

Pro patriâ fuerat, cruorem,

Inter minorum jurgia litium,

Et capta verbis prælia diluunt,

Festosque non impunè strictis

Continuant gladiis lepores.

At si feroces ara citent manus,

Et fæta rauco buccina classico;

Inter refertiora quondam

Proclâ ferox, propè cum vetusto

Ulyssè littus non bene compare

Jugo domabit. Vel calido febrim

Finxisse gaudebit cerebro,

Vel tumidis podagram cothurnis.

O sanctioris si quid adhuc spei,

Indigna vobis frangite pocula;

Martemque non Baachum, Quirites,

Magnanimâ celebrate rixâ.

PARO-

VIRO

AR

Ad Jura C

Regni XVIII

et Germanici

apud Ann

Qua cruentum

Qua sua se

Rhenus, & totum

Hic sub utraque

Squidam veteri

Non nova po

Hic, licet r

Territas Ma

Hic licet trifi

Hic, ceterum

Alidens, ma

Et tuos, illi

Jam fatigatus

Septimum Sol

Septies pulas

Atamen nullum

Perrenus ran

Sola cupressus

Sola jam ferri

Surgit in campe

P A R O D I A

Ad Matthiæ Casimiri Sarbievii Lyricorum
Principis XXIII. Lib. II. Odam. Belli Sue-
tici, Germanici, Hollandici, calamitates
deplorat. Anno D. 1644.

O D E XX.

Qua cruentati rubet ora Mosæ,
Quâ suâ sese lacrymatur undâ
Rhenus, & totis numerosa plangit
Funera ripis.

Huc sub atratâ tetricum cupresso
Squalidæ vatem revehant Camænæ.
Non juvat posthac cohibere fuetis
Tempora lauris.

Hic, licet rauco metuenda plausu
Territas Martis tuba vexat aures;
Hic licet tristes agitata turbent
Tympana ventros;

Hic, catenati propè stagna Rheni
Assidens, mæsti latices Oderæ,
Et tuos, Ister, cumulabo nostris
Fletibus amnes.

Jam fatigatis revoluta stellas
Septimum Solis rota voluit annum,
Septies pulsas iterum reduxit
Bruma pruinas.

Attamen nullum placidos olivæ
Fert nemus ramos. propè funerandis
Sola cupressus malè feriatas
Porrigit umbras.

Sola jam ferri seges infepultis
Surgit in campis; licet, heu! cruentus

Hinc & hinc mucro subeat minacis
Munera falcis.

Muta jam passim filuère crudo
Jura sub ferro ; timidisque sese
Æquitas legum minor hinc & inde
Vibrat in alis.

Et licet doctis agitata rixis
Rostra verbosos dirimant Patronos ;
Opprimit leges pavor , & severo
Obruit ære.

Inde collatis animosus armis
Theuto luctatur ; ruit inde Sueco
Sævior Lapon , renovatque latis
Prælia telis.

Hostis incertus , dubiusque palmæ ,
Hinc & hinc sese patriis vocari
Mars stupet linguis ; nec adhuc propinquos
Crederet enses ;

Ni suis rursus malè mista turmis
Turma collisos paribus furores
Jungeret telis , similiq; sese ac-
cenderet irâ.

Sic pari passim geminâque Mavors
Voce distractus medias ruinæ
Distinet gentes , neutrisque sese
Illigat armis.

Fana jam passim superisque sacras
Impetus Finni quatefecit aras.
Ipsâ miscentur domuum profanæ
Templa ruinæ.

Quæ nolæ nuper placidum sonabant ;
In profanatas abière belli
Machinas ; nec jam solito fatigant
Aëra pulsû.

Rara per latos pecus errat agros ,
Rarus extinctis populus colonis.
Pene vaneſcunt proprius sepultæ
Manibus urbes.

Jam serus stricto implacidusque ferro
 Orbis antiquas iterum ruinas
 Urget, & moto metuenda ducit

Jurgia mundo.

Ruris oblitus Cererisque vomer,
 Vulnus inverso meditatur ictu,
 Nec minax olim, modò torvus iras
 Fulminat ensis.

Falcis heu! nuper segeti timendus
 Aureis mucro minitatur hastis.
 Et metens Regum trabeas superbis
 Turgit aristis.

Illa findendis hebetata truncis,
 Ridet affusam propè se securis
 Fascium sylvam; miseramque findit
 Colla Quiritum.

Cassis armatis tremebunda cristis
 Milicem torvis regemit querelis,
 Fata sudorem, nec amant maritas
 Scuta columbas.

Tuque, si muto facer in sepulchro
 Pulvis argutas finit esse chordas,
 Dive SARBIEVI, malè fæderata
 Theutonas arma.

Et suas rursus repetisse pugnas
 Tristior desces; propiorque sancto
 Numini fundis meritos tuo pro
 Cæsare planctus.

Surge quàm dormis, Latiosque vates.
 Increpans dextrà redeunte nervos,
 Impotes tolli gladios profanis
 Eripe dextris.

Tela (reclusis age dic sepulchris)
 Tela Germani cohibete, tela.

Quid juvat totos sepelire tantis
 Cædibus agros?

LECHIA PACATA

Ab Anno 1638 ad Annum 1648.

ODE XXI.

AT non pacis inutiles
 Annos degeneri perdimus otio,
 Divorum Soboles, Lechi.
 Poscunt bella vices. se modico ferus
 Mars intendit in otio;
 Alternisque furor dividitur jocis.
 Sic ipsi nimius polo,
 Post concessa suis fœdera præliis,
 Hostes contudit Hercules.
 Et iussis rabidæ sufficiens Dex,
 Lassavit dominam suo
 Junonem obsequio; fataque, & horridas
 Monstrorum domuit minas.
 Quid magni memorem robur Achillei?
 Quid sævi otia Jasonis?
 Primus post citharæ murmur, & additos
 Imbelli digitos colo:
 Post tractata levis stamina velleris,
 Post mendacia Tethios,
 Effictamque suâ virginem imagine;
 Trojam vicit, & Hectora.
 Alter post hilaris gaudia Colchidis,
 Flammatos domuit boves;
 Conseviturque feris jugera dentibus.
 Sic Pytona severior
 Phæbus, post resonæ carmina tibix,
 Et plectri querimoniam,
 Accinctus pharetrâ sustulit aureæ
 Assuetâ citharæ manu,
 Ac doctis Zephyros ludere spiculis.
 Felices, iterum canam,
 Felices potius pace Lechos suâ,

Quos

Quos & parta manu quies,
 Alternique juvant fœdera prælii:
 Sic nec nubibus asperum
 Martis perpetuò fidus inhorruit;
 Sed nunc mitior aspici
 Astorum imperium Jupiter obtinet;
 Nunc nato asperior parens
 Saturnus timidis nubibus imperat.
 Et volvi trepidos dies
 Horarumque fugam falce metit suâ.

ÆQUILIBRIUM STOICUM.

AD

M E D A R D U M
A T T A L U M.

O D E XXII.

Magnam minuti corporis, Attale,
 Metitur umbram, qui proprio suam
 Metitur argento staturam:
 Sêque suo pretiosus olim
 Mensurat auro. quod procul extimo
 A corde prudens seposuit DEUS,
 Nunquam minor mentis putabo
 Esse meum; neque me superbo
 Librabo censu: sêt mihi quod dedit
 Fallax dolosâ fors rapiet manu;
 Sêt plura commodabit: æquâ
 Cum reliquis mea vota lance
 Examinabo; nec patiar meum
 Inter serênæ fulgura gloriæ
 Lippire lumen; aut reductos
 E veteri statione mores.

An

An cum supremam pumilio basim
 Hæmi superbo scandit in aggere,
 Se major extat? an minorem
 Monte super cumulat staturam?
 At ille celsis montibus æmulus
 Gigas profundo de puteo caput
 Attollit, ex imâque valle
 Aëreo minitatur orbi.
 Qui se paternis censibus æstimat,
 Altâ colossum cum basè porrigit.
 Contemnit ingentes cothurnos,
 Qui proprio cupit esse magnus,
 Quodcumque planis lancibus insicit
 Fortuna pondus, non variabili
 Equata momento, stat olim,
 Stat rigida bona libra Stozæ.

AD

VIRGINEM MATREM.

Sub initium veris.

ODE XXIII.

DIVA, quam Numen genitum fideli
 Stringit amplexu: cui tam beatum
 Invident pondus spatiosa picti

Brachia cæli.

Cùm TIBI densis radians vepretis
 Splendidè fufum Rosa comit aurum;
 Cum TIBI florum famulas reclinat

Hybla catervas;

Mitte laxatos sine lege crines
 Aurèâ nato cohibere vittâ;
 Aut planetari religare sacros

Igne capillos.

Te decet parvum redimere Vernis
 Floribus natum, tibi dedicatæ

Annuunt lauri, Tibi cana pronò
 Lilia culmo.
 Cur sub argento gravibusque gemmis
 Lacteus fudet puer? hunc niventi
 Crine Narcissi senium, vel alba
 Caltha coronet.
 Fallor? an pulchro propius puellò
 Liliùm pallet? magis erubescit
 Purpuram vultus rosa; tortileſque
 Caltha capillos.

INELEGANS
 ELEGANTIA.

Sumtuosa ævi noſtri antitheta.

ODE XXIV.

Sunt & minori tela, ſunt apum gregi.
 Sunt parva muſcis ſpicula.
 Qui mulcet auri tinnulas peſten fides,
 Aurum ſeverus increpat;
 Aureſque vellit auro, & horrorem ſuum
 Ridentè metro temperat;
 Intende Phæbe barbitum; nervis minas
 Iraſque plectro condiam.
 Armatus auro, ſeculi luxum mei
 Sitimque formæ ſordidam
 Non pejerantis perſequar vates lyræ,
 Verique Myſta nobilis.
 Cur fraudulentò perlitam fuco cutem,
 Mentitur impudentia?
 Cur eruditus fingit infames genas,
 Verumque confundit pudor?
 Cur in viriles fæda gratiæ famas,
 Viroque cultus diſcolor,

Irreſpic

Irrepfit animos: Vulneri non est locus;
 Et nulla rugis gratia.
 Pudet genarum, quas sacer Marti chalybs
 Crebro notavit stigmatè;
 Pudet cicatricum: exulat Recti vigor,
 Morisque fulgor patrii.
 Innube verum cessit; & cessit Fides,
 Nudusque candor pectora.
 Dens Honestum nubibus canos tegit,
 Peploque damnat lumina.
 Et, quod verustorum audiant Manes Patrum,
 Pudet videri Sarmatam:
 Pudet Polonium, pro pudor! cerni caput,
 Pudet Polona tempora.
 Alter Sicambrum crinibus, & alter pilo
 Fingit soluto Brachmanem.
 Hic suscitatis horridam cirris comam,
 Montesque gestat crinium;
 At hic capillos torquet, & coercitam
 Hinc inde compellit jubam.
 Lasciviâque pectinis fulcans caput,
 A fronte crines dividit.
 Huic disgregatas diligens incuria
 Confundit & turbat comas.
 Disponit ille sedulâ barbam manu,
 Et panè canos computat;
 Ipsamque malit comprulus Rempubicam,
 Quam molle turbari caput.
 Hic lævigante raditur novaculâ,
 Hic ordinante dexterâ
 Metatus altum sinciput frontem fricat;
 Comæque suggestum erigit.
 Frustra vocamus liberum Lechi caput,
 Cui tanta labes imperat;
 Ipsosque certæ Mystacæ leges premunt,
 Et jura barbæ scribingimus.
 Frustra: suarum servitus quenquam premit,
 Premit libido vestium.

Alter

Alter Corallum vestibus, & alter Scytham
Mentitur, alter Insuorum.

At ille in uno pallio gestat patrem;
Omnisque villas induit.

In seque totum deferens patrimonium,
Tanto superbit pondere.

Non tot diurnas Phæbus astrorum Pater
Horas morasque computat;

Quot quisque vestes mutat, infra nubila
Natam putares Iridem.

Huic inquieto fibulæ morsu chlamys
Claudit redundantes plicas:

Excludit ille pallio vagam manum;
Includit alter alteram.

Huic diffluentem zona dispensans togam,
Laxas coërcet fimbrias;

Rugisque legem baltheus gemmis tumens
Præscribit angustâ vice.

Huic curta parcos exprobrat tunica sinus,
Huic usque talos verberat;

Huic dissipatâ lege rugarum fluit,
Ipsamque verrit pulverem.

Huic sumptuosus cento per totum patet,
Pannosque pannis subsuit.

Sic ipsa stulti cogimus foramina
Supplere mentitum decus.

Hic quas pavebat, insuit vesti feras,
Gemmisque depressum nemos

Ramis inumbrat aureis, & hoc suum
Horrore pretium temperat.

Et cum videri comptior velit, lupos,
Totamque spoliât Africam.

Illusa quin & gemmeo vestis gelu;
Auroque ridet textili.

Ac è draconum frontibus superbiam
Savoque vestit vellere;

Ferocibusque Tygridum debet oculis
Leporis ornatum sui.

Jam queis Gradivus pellibus ferrum tegit,
 Armatque loriceæ metum,
 Nos in decoris vertimus mendacium,
 Lascivizque tegmina:
 Quin nec sub uno pallio luxus calet,
 Nec sub lacerna simplice,
 Quem nunc togatum cernis, induet sagum;
 Nodumque demet baltheo;
 In pace miles comptus, in bello cicur;
 Cristaque Martemque exuet.
 Qui manè crebris tigridem fingit notis,
 Vulpem videbis vespere.
 Et quam triumphat ferici telam Tygris,
 Argoque pardus concolor,
 Cum per feroces Mars vocat tubas viros,
 Augetque vexillis metum;
 Brevi quieto dum canet receptui,
 Se subjugabit ferico.
 Brevi, severum qui modò nutrit metum,
 Pardus calorem nutriet.
 Hic condit auro pocula, & gemmas liquat;
 Regnisque titubat ebrius.
 Hic pingit auro fornices, auro focos,
 Auroque cochlearia,
 Auro culinas dapfiles, auro cibos,
 Et ipsa inaurat fercula;
 Cræsiq; patinis auream pascit famem,
 Votis faginatus Midæ.
 Auro gravatum pegma formidat caput;
 Pedes pavimentum stupent.
 Auro ferocis horridæ Martis tubæ,
 Auroque cicuratus furor.
 Auro mucronis horror, auro Martiæ
 Effæminantur lanceæ.
 Armantur auro pila, nec fuco carent
 Bellacis æra buccinæ;
 Gemmisque tectus grandibus lignum suæ
 Vix mucro vaginæ videt.

Scilicet in seculo
 Itas minime
 Venientes spiritus
 utque de arg
 Genesim
 utque gemmas
 Eumeni debent
 ut helle laudat
 videri, cum tunc
 laudat auro
 tem profecto
 Mentimur auro
 tem timendum
 Et are helle

BARTH
G

Verbo

O

POne naturam
 Pestilium
 Damna ferr

Te super quovis
 Confidat pectus
 Os præi mentem

An pona frustra
 Cura nasre colit
 Dentium vilium

Sic dum in sereno baltheo ferrum later,
 Iras minasque temperat,
 Et mitiores spiritus sentim induit
 Auroque & argento affonat.
 Gemmis capistrum, cornipes gemmis micat;
 Herusque gemmis fulgurat:
 Et qui timeri debuit miles, suo
 Ab hoste laudari velit;
 Velit videri, cum tamen spectantium
 Lacesat auro lumina.
 Sic dum profuso comptuli Saturnia
 Mentimur auro sæcula,
 Ferro timendum duriore sæculum,
 Et ære lustra cudimus.

AD

BARTHOLOMÆUM
 GUINUM.

Verborum parsimonia.

ODE XXV.

POne maturum, Guine, prurienti
 Pessulum linguæ. graviora ripæ
 Damna fert annis, quoties silenti
 Volvitur undâ.
 Te super quovis, dominumque lingua
 Consulat pectus: quoties magistram
 Os præit mentem; toties inani
 Fluctuat æstu.
 An putas frustra vigil excubantis
 Cura naturæ cohibet reductum
 Dentium vallum, geminoque clausam
 Carcere linguam?

D

Nempe

Nempe ut arctatis moderanda verbis
 Dicta tardaret; nimiumque fandi
 Jus, & admorso bene masticanda
 Verba palato.

AD

PANCRATIUM LYCUM.

Famæ & inanis gloriæ inconstantia.

O D E XXVI.

MEndax Famæ bonum, Lyce;
 Illam vel tenui crediderim vitro,
 Vel fluxæ similem nivi:

Quam cum fæta gravi nubila frigore
 Cani velleris ad modum
 Effundunt madidis non sine lacrymis,
 Ridens dissolvit Phanes.

Illi virgineus candor amabili
 In se diffluit æquore;
 Et mox in propriis naufraga fletibus
 Sensim canities perit,

Deploratque sui funera balnei:
 Sic famæ gracilis vapor;
 Sic adnata levi gloria nubilo
 Primo solvitur impetu,
 Cognatoque nivi flumine diffluit.

Hanc umbram meritò canam;
 Umbram quæ nimis æmula molibus
 Æternùm variabili
 Præit, vel sequitur corpora imagine.

Sic dum se juvenis Phanes,
 E Tartessiaci gurgite Memnonis
 Claro tollit in effedo,

Palmarem nimis passibus impôtens

Pygmeum

Pygmeum simulat Gigas
 At cum Sol mediâ celsus in orbita
 Maturâ incaluit die,
 Accenditque novis prata caloribus,
 Decrescit nimius Gigas;
 Atlantemque minor sesquipede æmulus
 Pygmeo referet gradu.

Sic Famæ levior linea, & in suis
 Mendax gloria vultibus.

Quem nunc sub Tytii pingit imagine,
 Hunc Psyllum referet brevi,

Et sparsum modico pulvere Pumilum.
 Mendax, Fama, bonum, Lyce,

Cum crescente die crescit; & alites
 Inter serpit Etefias.

Quem magnis hodie farcit honoribus,
 Cras grandem populi jocum

Inter promeritas sternet adoras.
 O pennis levior suis!

O fingi nimium cerea! o in sui
 Sudoris toties vado

O nix, in propriis naufraga lacrymis!
 Quo me cunque situ præis,

Vel stas pone comes æmula, vel meos
 A tergo sequeris gradus;

Umbram te memoro. si pereas, minus
 Amisisse putavero,

Nec te sollicitis questibus insequar.

AD

VIRGINEM MATREM
Prædestinationis suæ non infimam
spem.

O D E XXVII.

VIRGO, quæ geminis prædita laureis,
MATREM VIRGINEO nomine temperas:
Intactoque sedentem
Gestas in gremio DEUM.
Vincis purpureis sidera vultibus;
Sincerique jubar solis, & aureo
Quidquid casta sereno
Stellarum irradiat cohors.
O famæ meritò maxima pars meæ!
Et famâ melius quidquid erit mihi!
O nostræ moderatrix,
Nostræ gratia barbiti!
Dum Te Castalias scribo per areas,
Parnassum titulis nobilitans tuis,
Nostro nomine, VITÆ
A te scriptus erit LIBER,
Gestati leviter Numinis aureum
Inclina calamum; tu digitos move,
Cunctantemque benignâ
Dextram dirige dexterâ.
O SPES virgo meæ maxima patriæ,
Augustalque poli! tu mihi, nil moror,
Occlusum referabis
Stellati jubar atrii.

REDI-

REDIVIVUS PHAETON

Id est:

Ambitio semper timida, & nunquam
non præceps.

AD

MEDARDUM ATTALUM.

O D E XXVIII.

Periculoso niteris ambitu
Quo per ruinas scanditur, Attale.
Adhuc modestiora vasta
Fræna spei; nimiumque laxos
Adstringe nodos. Ambitiosius
Sperare nulli, ni timeat, datum est.
Latere sub depressiori
Valle graves renuunt timores.
At qui superbo celsa premit gradu,
Timere nunquam desinet. aureum
Inter tiararum serenum
Perpetuus stabulatur horror.
Superba curas & trepidos metus
Carpenta gestant: exiguas timor
Subire dedignatur ædes:
Pauperibus negat esse civis
Hospesque tectis. Magna pericula
Humi jacentem non subeunt casam.
Sic dum beatus esse capie,
Incipiat miser esse necesse,
Qui magna voluit. Sic titubans pavet,
Panæque motæ spontè superbix
Extorquet, & cogetur ipse
Vota suis jugulare votis.

Pœnas libido sola potest pati,
 Et esse pœna: in divite carcerem
 Togâ, coronatisque mulctam
 Ambitio luit in tiaris,
 Sic dum paterni luminis impotens
 Permisit altis frœna jugalibus,
 Cælumque, pallentesque stellas,
 Indomitis Phœton coëgit
 Ardere flammis. Sic patrio levem
 Inominatæ pœna superbiæ
 Dejecit è curru, & stupentem
 Strage novâ quatefecit Orbem.

AD

EQUITES POLONOS,

Cum Tartarorum irruptio in Podoliam
 nunciaretur: ut eorum multitudine
 contemptâ, in eam spes suas repo-
 nant, quæ est

CASTRORUM ACIES
ORDINATA.

O D E XXIX.

Cum tibi Martem tuba militari
 Provocat cantu, cupidam duelli
 Temne Bellonam, Leche; fulminantem
 Temne Gradivum,
 Temne densatis numerosa turmis
 Castra, quæ creber Geta per Gelonos
 Computat campos, nimiosque cœdi
 Destinat arcus.

Qui

Qui recens parti dociles triumphi
 Colligit dextras, fatis ille multa
 Castra conscribit; numerumque certo
 Robore sarcit.

Ille fat multis numerosus alis
 Dicitur miles; cui territorum
 Turba damarum fugiens decoram
 Porrigit herbam.

Nam quid imbelli numero superbit
 Luna Threissis opulenta gazis.
 Qui potest vinci, fatis ille pauco
 Milite gaudet.

Si tamen terret numerus, vel acres
 Prælio dextræ; meliora, Lechi,
 Castra metemur, metuenda torvis
 Castra Gelonis.

Illa, CASTRORUM prece quæ frequenti
 Audit à nobis ACIES, Polona
 Sceptra tutetur, Geticosque frangat
 Virgo furores.

Illa quæ victam dominis coerces
 Calcibus Lunam, tacito triumphum
 Ore præfagit, geminatque certæ
 Omina palmæ.

Ulli & ereptas Dolopum sariffas,
 Et pharetrati cydares Coralliï,
 Et graves gemmis frameas, sacratio u-
 remus in igne.

DESIDERIUM
SUPERIORUM
COLLIUM.

Ex nocturna cœli Contemplatione.

O D E XXX.

O me ! sed quis in abdita
Cœlestis revehat limina patriæ,
Et clausas superum domos ?
Quis me , quis liquidis sistat in ignibus,
Stellarumque rotam super ,
Et puri hospitium colloceat ætheris ?
Quâ solis patet integra
Horarumque dies ; pulchra micantium
Quâ Respublica fiderum ,
Interfusa agili nubila turbine ,
Fatorumque regit vices ;
Et volvenda suo necit in ordine
Denis sæcula vinculis.
En jam stelligeræ culmina porticus,
En ipsæ rapiunt *Ferae* !
En claris *Aries* cornibus imperat !
En veris dominus levi
Inclinata terit fidera vertice !
En & Marmaricus *Leo* ,
Præcinctus croceo tergora lumine ,
Maturi juga *Julii* ,
Flavarumque regit jugera messium.
Quid dicam geminum *Canis*
Syds ? quid rutilæ fibila *viperæ* ,
Ursarumque graves rotas ?
En illinc rubeis calica brachiiis

CAN-

CANCER rura perambulat!
 En parvum fugiunt fidera *Scorpium*,
 Iratumque *Bovis* jubar,
 Dum curvis reprimat nubila cornibus!
Ilic MARS positum super
 Respirans gladium non violabili
 Sese tollit in otio.
 En illinc *Geminos* semita lactea
 Fratres rore fovet suo,
 Cum nudis faveant numina parvulis:
Et vivi fluvius PADI,
 Cælos virgineis præfluit amnibus,
 Stellarumque comas lavat.
 En sudat liquidâ *Pegasus* unguâ!
En cælo nimius CAPER,
 Binorumque natant fidera *Piscium*!
Eheu, solus amabili
 Solus stelligeris exul ab atriis,
 Excludor patriæ sinu,
 Et cælum dubio specto sub æthere,
Eheu totus inanibus
 Diffundor lacrymis! totus heu novo
In me defino flumine,
 Majoremque, mihi quàm fuerit data,
Fortunam invideo feris!
 O quam vel rigidi *Sidus Orionis*
 O quam vel *Nemees Leo*,
 Vel tortis fierem *Bellerophon* jubar!
Fallor? jam *Nepheleis*
 Paulatim intumuit frons mihi cornibus?
Jam passim teretes pili,
 Jam sensim bifidas & digiti, & manus,
Connectuntur in unguas?
 Jam crispata suo brachia vellere
Me pigro eripiunt solo?
 En jam per liquidi rura feror poli,
Et magnos tero cardines!
 En vicina Deo conspicio agmina,

Et mistos cytharis choros!
 En jam, Virgo tibi, quæ super aureæ
 Incedens jubar Iridis,
 Verris conspicuo sidera syrmate,
 Pronis annuo cornibus,
 Villosoque minor succido poplite!
 An quod crediderim magis,
 Jucundi trahitur fabula somnii,
 Affusique lyrae joci,
 Eludunt queruli gaudia pectoris?
 En jam cornua decidunt,
 Orbanturque suo brachia vellere;
 Hirsutaque cutis tumor,
 Paulatim in proprium disfluit aëra!
 Sic jam qui modò sidera
 Calcabam dominis altior unguis;
 Sellâ contineor meâ,
 Nec terram digitis deserui tribus.

OCULUS SAPIENTIS.

AD

MAXENTIIUM MORTONIUM.

Optimum asperæ sortis remedium.

O D E XXXI.

PRæconcepta animum spicula mitius,
 Maxenti, feriunt. cui subitum nihil
 Prævisumque prius quam ferit, accidit,
 Hunc & fata timent sua.
 Quotocunque ferant sæcula turbine;
 Nullum sit jaculum, nullaque machina,
 Quam non prævideas. magna pericula
 Expectata minus nocent.

Sic

Sic dum post refugi lumina Cynthii
 Stellarum vigiles vesper inhorruit
 Accendens oculos ; non nimium graves
 Amissam querimur diem.

At si sol mediâ occumberet orbitâ,
 Et primam subitis obrueret diem
 Arcturus nebulis , quantus in horrido
 Frigeret populo timor,

Hærent nempe novis pectora casibus ,
 Incertusque sui fervor & , & metus
 In diversa trahunt. quo magis ardua
 Sperantur, feriunt minus.

AD

EQUITES POLONOS

De liberandis Græciæ Provinciis.

O D E XXXII.

Quisquis Lecheæ sidera gloriæ
 Apollinari pangere barbitō
 Præsumit ; immensum natari
 Exiguo superare lembo
 Præsumit æquor ; quantus ovantibus
 Pòlus sereno ditior aère
 Superbit astris : tantus olim
 Sarmatico micat ardor igne.
 Utcunque Cimbros, aut Scythiæ vagas
 Convellit ædes, aut Getico super
 Umbone describis perennes,
 Assiduis gelidus sub armis
 Polone, laudes. quantus Achaico,
 Armis petitæ laudis amantior,
 Baccharis in Ponto, & trementem
 Magnanimo quatis ære Pindum?

Tibi

Tibi frequenti milite densior
 Bellona strictis annuit ensibus;
 Ferroque prælustres catervæ,
 Fulmineo dominum coronant
 Latus Gradivo. jam Tibi, jam graves
 Virtus honesti prodiga sanguinis
 Indixit iras. quâ Polomos
 Strimonius petit horror agros.
 Hêu! quantus armis, quantus atrocibus
 Assurgit hastis campus, & arduis
 Hinc inde condensata peltis
 Arva micant, dubiasque solis
 Multo laceffunt lumine palbebras!
 Quantum severis nutat in areis
 Nemus sarissarum, & paventes
 Ambiguo rigat igne campos!
 Ite, ite fortes, quâ celeres vocat
 Virtus priorum; quâ Mareotico
 Pinguefcit à tabo, Lecheæ
 Testis adhuc, spoliūque famæ,
 Cruentus Ister. quâ patriæ super
 Sepulchra laudis vivere, vel mori
 Juvabit; & Divis parentum
 Manibus inferias Gelono,
 Aut si triumphum fata negant, suo
 Litasse tabo. currite Sarmatæ,
 Quacunque vagitus gementis
 Errat Hebri, Geticosque latè
 Deplorat agros, vos querulâ Thetis
 Invitat undâ: vos lachrymabili
 Melesque, Cydnusque, & nefastis
 Mancipium Cynosura sceptris
 Suspirat anni, vos juga Thespiæ,
 Et quæ superbo non humili mitrâ
 Occurrit Arcturo, Carystos,
 Vos Scythici vocat ora Pindi.
 Vobis clienti supplicat hispidus
 Ramo Cytheron; vos Marathonis

Orni;

Orni ; Methoneique saltus,
 Vos refonis vovet Offa fylvis.
 Vos illibatus sanguinis inclyti
 Flos, mancipata vincla Propontidis
 Laxate ; turpesque aggementis
 Hæmonix cohibete frænos.
 Vestro resolvi pascit acinace
 Bethles scelesti tristior imperiû ;
 Divoque consecratus olim
 Hospitio Solymeus Hermon.
 Vos Tauricani servitium jugi
 Demetis Hæmo ; Vos juga Phocidos,
 Vestraque Libertatis olim
 Participem facietis Hebrum.
 Et hæc, sed olim ; crescite crescite
 Fæcunda multis jugera laureis ;
 Tandemque victori Polono
 Emeritum properate fertum.

AD

LEONARDUM ATTALUM

Stipendiorum militarium exolutorem.

ODE XXXIII.

FRustra sollicitis nubibus asperam
 Bellonæ faciem contrahis Attale ;
 Et stipendia Marti
 Invitâ numeras manu.
 Armati manibus militis omnia
 Dat, qui justa negat. ne renuas dare
 Ultrò, quod rapienti
 Non impunè negaveris.
 Quo se cunque trahi posse putaverit,
 Illò se prospero fert sapiens gradu.

Præ-

Præstat fata præire ; &
 Ultrò, quo raperis, sequi.
 Inter Romulidum vota Quiritium,
 Admotam capulo Cæsar agens manum.
 NOBIS *hic dabit* inquit,
 Quidquid Roma negaverit.

EURIPUS
 ARISTOTELICUS

De

Inevitabili votorum nostrorum æstu.

O D E XXXIV.

ET non inani nuper arundine
 Incerta votorum, & dubios sui
 Florasse fatorum Mæandros,
 Me memini : juvat usque præscòs
 Novare planctus. O variabilis
 Vertigo Fortunæ ! O resluentium
 Euripe votorum ! & per omnes
 Ire sagax, mea vita, sortes ?
 Ut ille vasto turbidus impetu,
 Depræliantum plangit atrocìa
 Duella ventorum, & frequèntes
 Pontus agit, reagitque spumas.
 Cum post minorum jurgia fluctuum
 Clamosa crebro littora verberè
 Oppugnat ; & mergi rebelles
 In se iterum sepelit procellas ;
 Movetque ventis prælia, & asperos
 Lacescit Euros : sic regementium
 Obsessa votorum procellis
 Mens dubios inimicat æstus.
 Cum post minorum bella Cupiditum
 Incerta lasso prælia pectori

Indi-

Indicit, oppugnatque vota,
Vota suis inimica votis.

Ille imminentes dum nimium timet

Fati procellas, advocat: hic feros

Dum vitat, incurrit, dolones:

Ille sui ambitiosus ævi, &

Longum ordinatis spebus avarior;

Nec dum calenti sole superstites

Dispensat horas; & futuros

In tabulas propè scribit annos:

Sic dum futuris mensibus imminet,

Et spem per annos porrigit, horrido

Se quisque confundit tumultu, ac

Se propriis necat ipse votis.

RÉLIGIOSÆ AUGUSTI FERIÆ.

PARODIA

Ad III,

Matthiæ Casimiri SARBIEVII

Libri Epodon Odam.

ODE XXXV.

Absiste Delphos; tuque nil debens foro
Horatiana barbitos.

Ex tripode Phæbus sæpe mentitus fuit,
Phæboque Flaccus concolor.

O quanta vestras, SARBIEVI, fides Fides
Candorque chordas incolit.

Ille, ille, Flacce, nunc erit beatior,
Qui ruris exul patrii

Id omne calcat, quod pedum plebes minor
Pronis adorat frontibus.

Ibo reductis quâ patet testis domus
 Et sole Taganovio
 Lacescit albi parietis sudum polus,
 Escisque mensas destinat.
 Huc me Polonis dedicata Regibus
 Dimitte tantisper chelis.
 Dimitte tuis doctior Socraticæ,
 Stoæque fervens jurgiis,
KARNKOWIANÆ desacrata Palladi
 Illustris Artium Dea.
 Jam pura lini vestiit mensas dies;
 Castâque mapparum nive
 Celavit orbis ligneos; quibus Ceres
 Parvorum adinstar collium,
 Vel innocentem candidâ panem nive,
 Et dapilem brumam allinit;
 Vel fusca miti subrubens lanugine
 Candore flavum temperat.
 Parvo nitentis vasculo frigus salis
 Illinc & inde candicat.
 Sitasque rarè testeas, vel buxeas
 Vitrum tuetur amphoras.
 Et temperatus frigidâ ridet Lyeus
 Minore clausus margine.
 Ridet modesto Virginis se se vitri
 Examinari congio.
 Mox, cum secundâ commonens aures vice
 Campana tempus indicat:
 Obedientum nutui sodalium
 Tranquilla tempestas fluit;
 Et innocentes sint licet, puro manus
 Stagno, vel anne perluunt.
 Cumque hinc & inde sistitur; læti Deo
 Alterna plaudunt carmina.
 O quàm modestos læta convivas quies,
 Mutumque sternit otium!
 Vel cum legentis voce suggestus sonat,
 Sacralque voluit paginas;

Quæ differentis stat Dei reverentia
 Evisceratis auribus !
Elingue totum crederes triclinium ,
 Et ore facundum unico.
Tunc in rotundo simplices disco cibos
 Culina fraternâ manu
Mittit , gulamque egente conditam fame
 Olus modestum temperat ,
Pictique damna Julii, vel horti opes,
 Et artis expertes fabæ ;
Ant hospitalis anser , aut domestico
 Junctæ columbo turtures.
Assique frustum vile , vel costi bovis,
 Cicerque lacte naufragum.
Spadoque gallus , qui tamen Tariagricæ
 Nihil saginæ debuit.
Non ditiores tunc mihi Nero scaros ,
 Lucrina vel conchilia ;
Non sumptuosæ Phasidis mittant aves
 Argiva mercimonia ;
Non citreorum larga malorum strues
 Fissis oberret orbibus ;
Contenta parvo dum meas condit dapes
 Amante Paupertas manu.
Lautè cibatur , qui cibo quantum satis
 Non plena farcit viscera.
Famemque gnarus temperare scit ultimæ
 Locum placentæ linquere.
Posthæc quieto dum canit receptui ,
 Mensisque convivas rapit
Campana, festæ rursus alterno preces
 Hinc inde mussant murmure ,
Manusque tingit lympha, quam siphonæ æreus
 E fonte stillat stanneo.
Tum vel serenas inter hortorum domos,
 Textasque ramis porticus,
Vitatur asper Syrius ; meridiem
 Leni domante frigore.

Vel destinatae corticem metæ quatit
 Mentitus è ferro lapis,
 Regesque fingit proximos : victoriam
 Quinâ remensurus vice.
 Alter rotundas exprobrans mundo pilas,
 Levemque Fortunæ rotam,
 Pilam peritâ jactat & captat manu,
 Verosque Fortunæ jocos,
 Non indecorus exprimens Actor suas
 Fugisse gratatur minas.
 At hi jocosâ castra metantur manu ;
 Binosque committunt Duces.
 Ac in tabella discolore buxeos
 In se incitant exercitus,
 Et ligneorum non leves cadaverum
 Hinc inde moles erigunt.
 Vel ubi quadrato mensa clausa margine
 Æquam supinat aream,
 Angustiozem eburneis portam globis
Verumque trudent ferreum,
 Et sena mensæ præcavent foramina,
 Teretisque posticum orbitæ.
 Quod si propinquas quispiam persuaserit,
 Errare ponè populos ;
 Quotcûnque pictum floribus tumet solum,
 Vago coronatur pede.
 Quâ vagientes lacrymoso littora
 Rivi peragrant murmure,
 Campôsque parvo dividens vado latex
 Puris maritat imbribus,
 Et pigritantem tenuioribus libris
 Arundo prætexit Thetim ;
 Umbransque ripas juncus hilarioribus
 Nectit coronas piscibus.
 En dissidendum fluctuum superbia
 Blando resedit margine !
 En somniantis more sub suis hiat
 Stagnum quiescens alveis,

Lacúsque furdis mutus in canalibus,
 Campos aquarum porrigit,
 Udóque ficcum marmore refundens jubar
 Solem reforbet naufragum!
 Et jam coruscas vestiens flammis domos
 Crystalla frænat syderum
 Vesper : faventes mitius cæli patent,
 Et sole dimisso tepent.
 Jam per supernas porticus sparsas faces
 Accendit ipsa Cynthia;
 Coménsque castâ siderum crines pharo,
 Cirrhos repectit Hespero.
 Parcus culinis interim fumat vapor,
 Cænásque præagit leves,
 Quas si jubetur esse Cambletes vorax,
 Se non vorabit conjugem.
 Gruisque guttur ambiens Pølixenes
 Immane votum corriget.

VANAM GLORIAM
 ESSE
 FUGIENDAM.

ODE XXXVI.

PLenâ micantem lampade Cynthium
 Nemo irretorto lumine strinxerit,
 Quidquid sereniore Numen
 Luce fovet, prohibet videri.
 Sic ille culturæ pictor imaginis
 Obscuriori sipario suam
 Invelat artem; publicique
 Invidiam refugit theatri.
 Laus vera vanæ lucra scientiæ
 Evitat ultro, sæpeque fætili

Fugatur à plausu & per omnes
 Invidiæ trahitur procellas.
 Ut evibrantem splendidior tegit
 Caligo solem: sic docilem premi
 Cortina laudem, vera virtus
 Ipsa suo latet in sereno.

V O T U M

AD

VIRGINEM MATREM,

Cum Gedanum navigaturus è littore
 solveret. Anno 1644.

O D E XXXVII.

NAm me, quis potior regat
 Pollux cum socii fidere Castoris?
 Quæ me stella fidelius
 Inter Sarmatici jurgia Vistulæ, &
 Undarum vitreas domos
 Servet CHRISTIPARÆ fidere Virginis?
 O quæ sole serenior
 Extinguis famuli lumina Phosphori,
 Vati, Dia parens, tuo
 Pollucem, & gemini munera Castoris
 Patronâ face suppleas.
 Tu crispata trucis vellera Vistulæ,
 Mulcebis dominâ manu.
 Tu percussa suis littora fluctibus,
 Et mortis dubias vices,
 Ventorumque minas, & sibi dissoni
 Placabis furias Noti,
 Imponesque avidis fræna Aquilonibus.

O fect,

O *scâ*, *Navis*, ab ultimis
Panem ferre tuum diceris *Insulis*!
 O *scâ*, *Argolicæ* ratis,
 Quam vivo irradiant *sidera* lumine,
 Justo nomine scriberis!
 Tu vero potius *vivida* spiritu,
Argo sis melior mihi,
 Ac in portu *hilarem* constituas meo.
 Sic nec *Portus* inanibus
 Dicêris titulis, sic benè consono
 Plebs *devota* celestimate
Infraçtam *Fidei* Te canet *Anchoram*.

AD

VIRGINEM MATREM.

Cum in eadem navigatione periculosâ
 tempestate jactaretur, ipsâ die S.MA-
 RIÆ ad nives, in navicula dicta-
 tum,

CARMEN
EXTEMPORALE.

ODE XXXVIII.

O procellofi *Cynosura* *Ponti*!
 Quæ *petulcorum* rabiem *Notorum*
 Lenè *compescis*, placidaque *frænas*
Æolon arte:
 Cui modò *vernâ* *nive*, *dedicatæ*
 Colle, *Romani*, super *Exquilino*,
 Adsonant *ædes*; *adolentque* festo al-
 taria *thure*.

E 3

Si

Si tibi votam, mea Virgo, cymbam
 Ritè conscendi; tibi si meorum
 Vena metrorum sonat, & modestæ
 Fila Camænx.

Tu mihi torvas cicura procellas,
 Et rebellantis nimium feroces
 Vistulæ fluctus leviter reducto
 Stringe capistro.

Sic TIBI grato celeusima cantu
 Per Gedanenses resonabo ripas.
 Sic TIBI crebris cumulabo sacra al-
 taria donis.

AD

THOMAM LENTULUM.

Quinam dicendus sit felix.

O D E XXXIX.

Felicem potius, Lentule, dixeris
 Quem durâ Superi pauperie premunt:
 Quem virtutis avita

Circùm castra beaverint:

Cui parvo patrius balat ager grege,
 Ac exulta suis jugera dexteris:

Quem non multus adorat

Strictis culmus in horreis:

Cui, dum spiciferis Triptolomus rotis
 Inclinata sibi rura perambulat,

Raris nutat aristis

Maturæ Cereris feges.

Non adversa pavet: non nimiam sui
 Fortunam queritur: non dubiam fugæ

Damnat. quin abeuntem

Audaci sequitur joco.

Illi divitias credere tutius.
 Possunt Fata suas; nam sine iurgio,
 Quandounque placebit,
 Concessas repetent opes.
 Non illas animo; sed minimâ suæ
 Gestat parte domus, sique recesserint,
 Virtuti viduatum
 Inscribit pretio locum.

IN VENTOSOS

ÆVI

NOSTRI DRANCES.

ODE XL.

INter calentis pocula Cæcubi
 Odi disertos cedite posthuma
 Labes, verecundumque Martem
 A vitreis prohibete castris.
 Aut si cruenti tanta animum coquit
 Cupido belli; si gladium manu,
 Si Martis & leti capaces
 Magnanimis animos sub armis
 Gestamus; ultrò vindice Bistonas,
 Et æstuantis cornua Cynthia,
 Ferro, minacibusque telis,
 Et solido repetamus ausu.
 Nam quid refusi diluvie meti
 Audita Patrum prælia pingimus?
 Quid tela, in expertumque Martem,
 Magnificis crepat ille verbis;
 Qui concitatâ bile ferocior,
 Bellace linguâ prælia conferit?
 Quid iræ inermes, quid deserto
 Ore ferox, sterilique pugna

Sermone miles? scilicet eloquens
 Orator acrem vicerit hostium
 Ferrique messem; cum minaces
 Explicuit super arva gyros,
 Cernique nolit; cum procul igneos
 Accendit agros; cum radiantibus
 Et ipsa vulnerantur armis
 Lumina, sub trepidoque nictant.
 Ferri sereno, cum gravioribus,
 Impleta rauco machina murmure,
 Plumbi perorabit figuris
 Et resono dubium movebit.
 Horrore bellum. Tum mihi scilicet
 Te bellicosi suaseris enthei,
 Justique consortem furoris,
 Ni gladio fumeâque grandes,
 Inter calentium rostra Quiritium,
 Et fluctuantis classica prælii,
 Gestus redordiris; cruento
 Ense minax, rigidoque plenus
 Mavorte miles! Cedite dexteris
 Disertiorum verba Quiritium;
 Hunc ritè facundum putabo,
 Qui quod ait, probat ense, miles.

ENTHUSIASMUS

Priori accinens.

ODE XLI.

VOtis feroces, languidâ ferrum manu,
 Martemque linguâ stringimus.
 Exaggeratis viribus Chronographus,
 Pugnata quisquam prælia,
 Crepatque pugnâ; computans fusos mero,
 Ridente mensâ Biltonas.

Hâc

Hâc ibat, inquit; ibat hâc, inquit, fugax
 Bello remistus Artaces.
Instabat inde ferreis hirtus comis,
 Junctus Polono Littavus.
Pictorque digitis allinit conopea,
 Et castra pingit poculis.
Meroque guttur diluens, inquit, cruor
 Tantâ fluebat copiâ.
Fossæque tantis ebriæ cruoribus
 Tabo madebant hostium.
Tum pro salute patriæ libans merum,
 Hâc arte supplet sanguinem.
At, o! saluti quisquis est amior,
 Vinum cruore suppleat,
Ferroque linguam, præferat verbis manum
 Vivis perorans gestibus.
Pictoris audax non eget Mavors manu,
 Bellace gaudet dexterâ.
Membrana cuiquam perfidum Getæ caput,
 Sint penicilli spicula.
Tribunus ensis, roboris testis tui,
 Sigilla cerasque imprimat.
Censura magni pectoris facit viros,
 Martisque Cancellaria.
Equi è cathedrâ celsior miles sui,
 Supplente verba verbere,
Peroret alter Tullius, plausum Scythiis
 Orator annuentibus
Laturus; arguente quâ cervix manu
 Robur disertum comprobet.
Suâ disertus si quis est Heros manu,
 His his peroret exedris.
Qui cum Gelonis conferit fortes manus,
 Justè triumphos disserit.

AD

BARNABAM MÆNIUM.

De suâ quiete interrogatus.

O D E XLII.

DUM procellosi tumet ira Martis;
 Dum truces rauco litui fragore
 Personant, cur me recreat quietæ
 Daphidis Umbra?

Cum fatiscentis medius ruinæ
 Orbis incertos labat inter ictus,
 Dum timent gentes, dubiusque stare
 Fluctuat orbis;

Ferior, Mæni; mihi parva magnam
 Sors tulit pacem; mihi cedit ultrò
 Triste curarum senium, & molesti
 Impetus ævi.

Temnit iratas levis ulva nubes,
 Temnit insanum Boreæ furorem;
 Cum potens cæli Notus eminentes
 Proruit ornos.

Ast minax astris, nimiusque cælo
 Culmen, infestis agitatur Euris.
 Et repentinis feriuntur altæ
 Ictibus alni.

Sic ego parvâ ravidam staturâ
 Ludô fortunam; tenuique fata
 Sorte declino nec avara pauci
 Tela cruoris.

SUSPE-

SUSPECTA
FELICITAS

Ad Petrum Antimum.

O D E XLIII.

NIL felicibus, Antime,
 Optabis melius morte, ferocia
 Frustra fata vocaveris,
 Cum magni rapiunt pegmata nominis.
 Felix ille vocabitur,
 Qui, dum fata vocant, immemori simul
 Curas in tumulo premit,
 Et secum moriens spes sepelit suas;
 Ac vanæ lucra gloriæ.
 Ille aut seposito conditus aggere,
 Aut magni strue marmoris,
 Edormit tacito fata silentio,
 Securoque jacet situ.
 Nec pallens rabidæ fortis ad impetum,
 Urnâ protegitur suâ.
 At qui perpetuo sollicitus metu,
 Infelix fieri timeret;
 Felix esse nequit. vivit; at in dies
 Votis immoritur suis.
 Et fluxas tremulâ spes librat in manu.
 O me! (si juga Phocidos,
 Et sublime sacri culmen Apollinis
 Faustis passibus artigi,)
 O me præteritis Diva periculis
 Vatem Relligio erudi!
 Ne dum fors nimio volvitur impetu,
 Voti prodigus & mei,
 Aut spes, aut nimios corde agitem metus.

VOTUM

VOTUM
AD
VIRGINEM MATREM.

Pro graviter læsa, crumpente pyro-
bolo dextera manu.

O D E XLIV.

EN quam molestis pressa doloribus
Et sulphurato faucia pulvere
Tumescit, o Mater! tuarum
Dextra memor, memor usque laudum.
Illa, illa quondam virginibus tuum
Mandare chartis nomen, & igneas
Afflueta stellarum choreas,
Et famulæ pia strata Lunæ;
Heu! illa, quondam quæ tibi deditas,
Quamvis minoris carmine tibiæ
Distinxit horas; contumaci
Opprimitur manus à dolore.
At si tuarum non vacuus cani
Laudum magister plebis ab agmine
Dicor, *Marianusque vates*
Pierius gemitior Camænis,
TIBI dicatam, Dia parens, manum
A tam molesto tubere vindica.
Et ipse digneris vocari
Certa meæ medicina dextræ.
Illam, illam honoris sollicitus tui
Tibi sacratis versibus illicet
Lassabo; maternumque nomen,
Et medicam resonabo dextram.

AD AMICUM.

Ob insperatum fratris obitum,
Consolatoria.

ODE XLV.

CUR hêu dolori penè succumbis tuo!
Totusque lacrymis diffuis.
Et nunc severa criminariis Numina;
Nunc triste fatorum genus.
Nunc iurgiosis impotens singultibus,
Menses & horas increpas.
Furesque stellas, invidosque cælites,
Polumque raptorem vocas.
Ah! siste mentem; siste liventes genas,
Frânos doloris attrahe.
Ut funeremur, nascimur. propè nemini
Impunè nasci contigit.
Ipse, ipse vates sortis est infans suæ,
Mortemque passurus gemit:
Et penè in ipsis præficam cunis sibi
Agit, canitque naniam;
Quandoque nasci dicitur, mori incipit,
At fata proclivis sua.
Cuicumque nasci contigit, restat mori.
Hâc lege se teneat dolor.

AD

AUGUSTINUM
FEIRVARIUM.

FAMÆ SCIOTHERICUM

Magni nominis umbrâ descriptum.

Famam magnumque nomen senum ve-
stigia premere, juvenum antecire.

O D E XLVI.

CUM tibi pulchro speciosa cinctu
Vita florentes cumulabat annos;

Non reversuro tua te præibat

Gloria passu.

Ast ubi canâ nive dedicatum

Opprimis vernæ specimen juventæ;

Retrô jam flexis tua te frequentat

Gloria plantis.

Sic per inflexas revolutus umbras

Cum recens natæ teneram diei

Phæbus ætatem, dubiasque nosci e-
xaminat horas:

Semper adverso finuata sole,

Et stylum certis imitata signis,

Gnomonis centrum, docilemque virgam

Anteit umbra.

Ast ubi se jam prohibens videri

Phæbus in multas adolevit horas;

Cum senescentis tremulam diei

Explicat umbram,

Quæ

Quæ super planum modo scripta murum,

Indices primæ radios diei

Umbra præibat, sequitur minores

Umbra lituras.

Sic parum certis agitata pennis

Fama nascentes præit usque laudes.

Sic minor nosci sequitur vetustos

Fama triumphos.

Sic diem sero rapiente Phæbo,

Contrahit parcum retroacta vultum

Fama: sic gesit periisse magni

Nominis umbra.

AURORA CONSURGENS.

In ipsa nascentis DEIPARÆ Auroræ.

O D E XLVII.

Surgamus! Jo! jam minor aspici

Nox evagantis cornua Cynthiæ

Extinxit, addictasque soli

Alma dies properavit horas.

Jam manè primis subrubet ignibus;

Atrasque nubes nectareum polus

Distillat in rorem; hinc beatas

Arva bibunt, tumulique guttas.

Quis ille verò Phosphorus auream

Solis propinquo lumine purpuram

Accendit, insomnesque quondam

Cæli oculos renuente cerni

Oppressit auro? quæ roseo micans

Aurora vultu? quam geminus sacri

Pudoris inflammavit ardor;

Ingenuis cremat astra flammis;

Quam ponè densis fusa caloribus

Se se ipsa tanto lux stupet impetu;

Sacer-

R. P. ALBERTI INES S. I.

Sacerque se miratur ignis
 Insolito radiaſſe cælo.
 O ſempiterni Phosphore Cynthii !
 O nata fauſtis STELLA favoribus !
 O dulce ſublucens futuri
 Solis amor, meliorque mundi
 AURORA ſalve ! ſe tibi florida,
 Jam non inani nomine, Nazareth ;
 Submittit ; in tuasque totus
 Veris honor ſubiſſe cunas
 Feſtinat ultrò. ſe tibi lilia,
 Palmæque, & omnis pompa virentium
 Straviſſe pratorum, & perenni
 Flore ſacras redimire plantas
 Gratantur. ohe ! quas video procul
 Inter micantium ſidera nubium
 Fervere pompas ! quis per altos
 Cælituum volat horror agros ?
 En ipſe tandem ſe famulis DEUS
 Permiſit aſtris ; vox reſonantium
 Auditur è rima polorum,
 Creſce meis, mea Virgo, votis.
 Quæ poſt minorum examina menſium,
 Et Mater elim, & Virgo vocaberis.
 O vile nil unquam relucens
 Perpetui *Cynofura Solis* !

AD

EMERENTIANUM RUFUM.

Internorum motuum moleſtiam
 exaggerat.

O D E XLVIII.

NON eſt, ut populo placet,
 Parvum, Ruſe, malum, diſſociabilis
 Tem-

Tempeſtas animi. Magis
 Inteſtina nocent prælia; & integro
 In vultu latitans furor,
 Interniſque animus diſſidiis hians.
 Nam dum perpetuis ſibi
 Inſenſus ſtudiis ambigit, & propè
 In ſpes prominet exteras:
 Caſuro ſimilis pendet, & omnia
 Hoſtili inſequitur manu.
 Sic ſe mobilium murmure fluctuum
 Inſani reprimunt Noti:
 Sic inſenſa Theris ſpumat, & in ſuis
 Se ſe fluctibus obruit;
 Incertiſque agitât littora pulſibus.
 O conſtans animi quies!
 O ſudum placidæ mentis, & ecſtaſis,
 Curarumque ſacer ſopor!
 O gnarum lacrymas ludere ſomnium!
 O me! quis cupidum tui
 Nunquam degeneri ſopiat otio?
 En hîc, quâ vitreus latex
 Ripas ſollicitâ præteriens fugâ
 Somnos ſuadet amabiles,
 Curarum vacuum ſternor in otium!

AD

JOSEPHUM
TALIARCHUM.

De inani veſtium luxu.

ODE XLIX.

NON Canopæis, Taliarche, textis,
 Non Molucano ſatiata fuco
 Commodè veſtit toga; nec remoti
 Lana Pelorj.

F

Cur

Cur peregrinæ suæ terga vulpi,
 Et coloratis maculas Hyænis
 Invidēs? cur te Lycaon lupino
 Hispidus armo.

Aut suâ Lynceus cute, duplicique
 Allicit villo? licet hic & ille,
 Ut vetus rumor cecinit, ferinos
 Induit artus.

Pluma nos vestit, volucrumque pennæ,
 Aut sibi raptis olor orbis alis,
 Aut Tunetano levior natare

Cauda capillo?

Hic, ubi pictam celebrata Sidon
 In rudes lanam glomeravit orbes,
 Hic ubi tinxit Phrygiô bibaces
 Murice vestes:

Hic, ubi ductis operosa filis,
 Inter æstivos Babylon tepores,
 Molliter texto simulat nitentem
 Vellere nubem:

Aut ubi priscæ studio Minervæ,
 Inter illimes Acaronis undas,
 Najades versant teretem mædenti
 Collice fufum.

Alter excurrat Sinicisque vestes
 Quærat in ripis; mihi lana simplex,
 Et niger pannus pretio levatus

Contegat artus.

Ille vulpinas animet vel ipsi
 Moribus pelles; geminamque totus
 Induat vulpem, rabidosque Pardo

Jungat & unguēs.

Hic lupo vastum, lupus ipse, guttur
 Commodet; torvam rabiem lupinis
 Excitans villis; Tygridemque corde &
 Corpore gestet.

Me domi natus levioꝛe pannus
 Induat villo: vel atrociori

LYRICORVM CENTVRIA.

83

Si furat brumâ Lechicis timendus

Jupiter arvis,

Cum per hybernas grauior pruinas

Frigidum cyclus revehet Decembrem,

Me rudi lanâ spoliatus olim

Induet agnus.

AD

POTENTISSIMAS
EUROPÆ GENTES.

De recuperando Orientis Imperio.

O D E L.

SI nec minorum spernis idonea
Mandata vatum; duc age Pegason,
Sertisque frænatumque lauris,
Aonio DE A nota colli.

Ibo, ibo vastis quâ patet atriis

Erraticorum patria fiderum;

Ibo per obstantes coluros,

Qua solidi geniale solis.

Lucescit aurum; quâ vaga Cynthia

Argenteorum lumine cornuum

Praet renidentes Planetas;

Quâ nimio polus ardet igni.

Ibo viator; me nec inhospitus

Terrebit axis; me nec Olympicæ

Ursæque, Taurique, & superbus

Marmorico Leo sistet ungue.

Me fessus Atlas, me celer Hesperus,

Postquam propinquo jungere Phosphoro

Et noctis auctores & ortus

Iussit equos, rutilante curru.

F 2

Vehet

Vehet per alti devia climatis,
 Camposque cæli. Jam mihi patrius,
 Jam pene decrevisse mundus,
 Jam minimæ periisse turres,
 Orbisque punctum vilius aspici;
 Et conceitatis testa vaporibus
 Deyexa sensim non videri
 Incipiunt, vacuoque gentes
 Hiant inani. Jam mihi sidera,
 Auro repexis vecta jugalibus,
 Hinc inde certatim serenis
 In numerum crepuère flammis.
 Illinc Bootes, hinc gravibus rigens
 Armis Orion, cominus obvios
 Currus salutare, & canori
 Eloquium geminare plectri
 Gratantur ultro. Jam mihi, quæ propè
 Æquata binis sæcula lancibus
 Dispensat, effetoque mensès
 Virgo suis glomerat catenis.
 Hinc Isis, illinc Triptolemo comes
 Jason, reductis nubila brachiis
 Stipant, peregrinumque vatem
 Sidereo recreant sereno.
 Hic me, sed ehèu! quam lacrymabili
 Salutat auro Cynthius. hèu dolor!
 Inquit, Corallorum pudendis
 Mancipium prope, Phæbus, armis,
 Tot jam recentes præcipito dies,
 Tot subjugatâ luce meridiem
 Adverto; nec quisquam nefasta
 Audet adhuc minuisse vincla.
 Nunquamne primo mane serenior,
 Et nec dum adultis mitior ignibus,
 Videbo surgentes Polonos,
 Cum patriis solidantur armis,
 Et Martiales fortibus induunt
 Lycas lacertis: non tibi Battave,
 Vastum-

Vastumque qui potatis Humbrum,
 Et trepidi vaga stagna Trentæ
 Hauritis Angli, non tibi nascitur
 In subre Phæbus? sic ne Othomanidis,
 Torvoque captivus Gelono
 Perpetuo famulabor ortu?
 Sic fatus alto non sine murmure
 Largo madenti flumine lividas
 Immerfit in fletu querelas,
 Et rubeo pudefactus ostro,
 Me sub paternis, nescio quomodo,
 Reliquit astris. hîc ubi tetricis
 Despumat Arcturus procellis;
 Et gelidas male tractat Urfas,
 Hîc qua Polonis Vistula vitreas
 Propinat undas; quâ celeres fugæ
 Isterque lubricusque Varta,
 Sarmaticæ lavat arva terræ.
 Hinc vos canoro carmine, posteri,
 Compello vates; hinc lacrymabiles
 Phæbique & astrorum querelas
 Pterio meditabor auro.
 Tantumne nobis occidit, & suum
 Abscondit ortum Phæbus? an aureos
 Ignava non meretur ignes
 Posteritas, radiumque Phæbi?
 Senesne tantum, nec vegetos dies
 Serum recedens mane sub Hesperum
 Illuminabit, & fatigato
 Occiduum feriet fenestram
 Aurora curru? Surgite Martiæ
 Manus; feroces surgite posteri;
 Diesque nascentemque solem
 In proprium, repente ferro,
 Cogatis orbem. Surgite Sarmatæ,
 Mavortiarum lumina gentium;
 Vobis Gelonorum nefasto
 Erubuit toties pudore

Aurora Mater. vos refugus Geres,
 Canæque sensit bruma Propontidis.
 Vos Moschus, audacesque Bessi,
 Vos Scythicæ pavet ora terræ.
 An jam mucrones & gladii minas
 Torpor remisso cretus in otio
 Recudit in falces? & hastas
 Connubii socius pudendi
 Jussit maritis nubere viribus,
 Fædoque Bacchi Martia spicula
 Gravavit amplexu, nec ipsum
 Esse sinens sine prole telum.
 Nec dum ne nostris montibus erutus
 Chalybs severi cuspidis arduas
 Promittit iras? hêu! nec ullo
 Æs galeas coquit in camino?
 Nondum remotum natus ad Aufidum
 Faber futuros cudit acinaces?
 Quêis torva Turcarum procella
 Trans geminum redigatur orbem
 Metasque terræ: queis Othomanidum
 Asserta nostris Cynthia legibus
 Utrumque reclinasse cornu,
 Et domino spoliasse crines
 Cogatur auro: queis tibi Vistula
 Jungamus Hebrum, Bactraque patrio
 Addamus Istro: Carpathoque
 Et comites Heliconis artes,
 Et te Latinis non inimicior
 Parnasse Musis; queis juga Phocidos
 Ortumque & Auroræ pudorem
 Sarmaticis sociemus astris?
 Surgetis? ehêu! Surgite posterî.
 Molles virili rumpite classico
 Somnosque torpentisque dextras,
 Et viduum sine laude Martem.

A D E A S D E M

Mutuis inter se armis collifas.

O D E L I.

AT non vel enses, vel clypei vacant,
 Quos in suorum sanguine civium
 Infana demersit libido;
 Equae suis capita alta membris
 Totum cruorem fundere prodigo
 Persuasit amni. Scilicet aureis
 Caput coronatum micabit
 In radiis, teretique gemmâ,
 Si membra fuso debita sanguine
 Tributa fundant. non bene Regio
 Offusa fulgebit sereno
 Caesaries, quoties cruentus
 E subditorum vulnere sumitur
 Daturque census. ut malè corrui
 Exangue sterniturque corpus;
 Sic proprio viduata cive
 Regum potestas. Parcite Principes,
 Inominatis parcite cædibus;
 Lapsisque parciore ferro
 Excidium prohibete regnis.
 Vivone, quod non crediderim, piget
 Præesse vulgo? num morientibus
 Regnare nec quidquam pudebit
 Civibus, in tumultisque latas
 Scripsisse leges? sistite prò dolor!
 Et Christiano parcite sanguini.
 Cur vestra; prò pudor! severos
 In gladios abiçere sceptrâ.
 Jam pene rauco parcite classico.
 Nam qui tyrannis imperat ensibus,

Rarò cruentatis retenta
 Regna diu moderatur armis.
 Mersæ frequenti funere, pæneque
 In se ruenti parcite Principes
 Naturæ, & in vestris sepultum
 Visceribus removete ferrum.
 Vel si cruenti tantus amor viget
 Ferri, & furoris protinus arduum
 Inflate cornu: non vetabo
 Odrysiæ sepelire turmas
 Et in suorum funere civium.
 Non arma Thracum protinus in suo
 Fixisse tabo, non furores,
 Non rigidum prohibebo ferrum,
 Non arma, Reges. dum modò mutuis
 Pax fascinato territa classico
 Conspiret armis, & fideles
 Unanimes gravet ære dextras.
 Saltem remoti in vortice Bosphori
 Navifragantum lintea navium
 Mergantur, audacesque peltæ
 Sithoniis vireant sagittis.
 Non parcus iræ, non ego Martiam
 Vetabo pubem Barbaricis manus
 Inferre signis; non Gelonis
 Vulneribus gravius libratum
 Mersisse telum: non juvenilia
 In præliantium pectore Bistonum
 Arma experiri, & auspiciatum
 Cædibus exacuisse ferrum.
 Horrete telis, tympana tundite,
 Armate classes tela refundite,
 Exercitamque in severum
 Martis opus glomerate pubem.
 Non arma vestris, non frameas ego
 Extrudo dextris, non solido latus
 Exarmo ferro; sed nec ipsos
 In dubium revoco furores,

Bellique causas, hoc precor unicum,
Vobis propinqui parcite Principes.

Vobis & arma & militares

Ferte manus, meliusque vestrum

Locate robur. Si tituli placent,

Et causa belli, nomina, si cruor,

urbesque, Regnorumque census;

Fertilius titulisque Regnum.

Censuque vestris finibus imminet.

Nostriſque quondam rapta parentibus

Throphæa verſat, ampliōres

Hic titulos ſibi quiſque quærat.

Hic ſubjugatæ rector Achaïæ;

Albinianis ille vocabitur

Primasque Regnatorque terræ

A populis, famuloſque ſceptro

Reget Pelagoſ. hic Macedonici

Magnique fines occupet imperiſ.

Hic Bactra, Locrorumque cenſum, &

Æmatium capiti addat aurum.

Hic Doris, illi ſolvat Alanicum

Tributa vulgus. hinc ebur Atticum

Phocisſque, Delphoſque, & Methone,

Perpetuò famuletur Iſthmo.

Hic Lambianis, ille Corinthiis

Regnabit heros; juraque Beſbico

Incidet in ſaxis colono,

Memphiticis animata cælis.

Hic Seſtianos; hic moderabitur,

Multo natantes æquore Cycladas,

Paronque, Naxumque, & Coronen,

Et Scythici nova luſtra Neſſi.

Minuſne laudis quiſque putaverit,

Superbientis cornua Thraciæ,

Arceſque Bizanti, & probroſi

Mænia diripuiffè Daci,

Quam ſubditorum ſanguine ſordidos,

Inter procellæ fulmina civica,

Ensesque, cognatasque dextras,
 Et patriam maduisse terram?
 Tandem cruentas jungite dexteras,
 Tandem labanti parcite Patriæ,
 Mundóque; conjunctisque Turcam
 Viribus aggrediamur hostem.
 Nondumne partis non sine laureis
 Junctas perenni fœdere dexteras,
 Nondumne complicasse signa
 Austriacis rutilam tenebris
 Fumóque belli cernimus alitem?
 Nondum nefastæ prò dolor! ærea,
 Pugnæque, concordisque Martis
 Bistonio seges horret agro?
 Nondumne mistim cerno micantia
 Horrere multo LILIA milite?
 Nondum Leones & nitentem
 Sarmaticis AQUILAM maniplis?
 Nondum propinquus desipuit cruor?
 Nec pro Garumnæ flumine Peneum,
 Hebrúnque pro Rheno, & remotum
 Haurit eques galeis Tibiscum?

In diei cujusdam diluculo

AD

VIRGINEM MATREM,

Auroram suam.

O D E LII.

JAm rariores excubant cælo faces.
 Jam lassâ nictant sidera,
 Sacérque Marti gallus è somno excitæ
 Salutat auroræ jubar:

Et

Et Martiali classicum cantu ciens
 Soli futuro præcinit.
 Surgamus! O quæ SOLIS Æterni PARENS
 AURORA Virgo diceris.
 Musis amicum sidus exorere meis,
 Natumque collustra diem.
 Tuo futura surgat in sinu dies,
 Et vesper expiret senex,
 Surgamus, & ter Virgini sacratum AVE,
 Bonamque dicamus diem.

AD

FRANCISCUM RUBIUM.

Temporis pretium commendat.

O D E L I I I .

IMò tunc etiam, Rubi,
 Cum vitam trahimus, perdimus, & leves
 Parcarum terimus colos,
 Lassamusque citi stamina sæculi.
 Quâ quisque est genitus die,
 Illâ mortis iter caput, & arduam
 Leti currere semitam
 Æternum fugiunt sæcula; quælibet
 Fato sit propior dies.
 Et quidquid puero temporis additur,
 Vitæ detrahitur fixæ.
 Sed (proh!) quis pretium temporis æstimat?
 Quis lapsos numerat dies;
 Annorumque fugam? quis morientium
 Inter funera mensium,
 Vitæ rupta suæ licia computat?

Hic

Hic vanos sequitur Notos :

Hic fumosa suæ nubila gloriæ.

Hic labentia syderum

Rimatus dubio examina lumine,

Cælis imminet omnibus,

At sese interea negligit, & sua.

Hic, quò plura recentibus

Gazis accumulæ, se minuit; neque

Scit quòd fiat egentior,

Dum sese ipse caret. Quid memorem, quibus

Dum quærentur opes, ruunt

Perdunturque animi? Pluribus, hæu dolor!

Nec nati pereunt dies.

Sic dum perpetuis mentibus obvii

Æternas terimus moras;

Urgent prona suum Fata negotium.

A D A M I C U M.

Se esse quiete suâ contentum.

O D E LIV.

ME teste quidvis & facere & pati
Avebo, vates, non mihi consono

Aut circus applaudat tumultu,

Aut resonum faveat theatrum.

Secretus omni plebis ab agmine,

Inter quieti claustra silentii

Somnumque curarum latebo,

Nec nimis dabo vela votis

Securus ævi. Non ego publica

Admurmurantium vota sodalium

Vovebo; sat capax theatrum

Ipse mihi, mihi testis ipse.

FERREA JASONIS POSTERITAS

E Tot intestinis diversarum gentium
bellis recensita.

O D E LV.

SÆpè de jactis animata saxis
Sentheatarum soboles petrarum,
Sæpè narramur lapidosa prisæ

Pignora Pyrrhæ.

Namque dum, totâ pereunte terra,
Unicum mersus foret æquor Orbis.
Cuncta dum magnus fierent novarum

Campus aquarum;

Fertur in parvi trabe clausa lintris
Per sepultarum superas natasse
Turrium pinnas sociata sancto

Pyrrha marito.

Tunc per excelsos nemorum recessus
Hinc & hinc sparsæ jacuère Phocæ.
Tunc Theris lætos stupuit sub alto

Æquore campos.

Hic suos alter sinuasse remos,
Et repentinas agitasse cymbas
Dicitur, curvis ubi nuper arva

Torsit aratris.

Nulla frænatum cohibere Pontum
Ripa dimotis poterat fluentis,
Nulla dispersos poterant domasse

Littora fluctus.

Hic, ubi celsis propior Planetis
Hæmus assurgit, madido procellæ

Hæserant limo, veterique major
Nereus alveô,

At simul toto fugiente Ponto,
Ac in antiquas remeante ripas,
Fertur in primos iterum redisse

Orbita vultus:
Et simul docti soboles Promethei
In super stantis bifido steterisse
Colle Parnassi, sacra naufragi com-
pendia mundi.

Ne tamen merso viduata cive
Terra squaleret; Themis imperârat
Projici post se graviora magna
Ossa parentis,

Sic in humanos recreata vultus
Saxa surgebant; simul hinc maritos.
Vir jacit; jactat simul hinc marita
Pyrrha maritas.

Nec pari cunctos genuisse saxo
Juverat: paucos melius positum
Marmor effudit, variisque picta
Fragmina venis,

Hunc filix, illum popularis orbi
Petra donavit: pretiosiore
Neminem fama est tamen excitatum
Esse lapillo.

Nullus offensus adamante venis,
Aut coruscanti fatus è Berillo
Nullus è gemmis, solidôque vitam
Traxit ab auro.

Quin licet plebem rude, nobilesque
Cultius saxum tulit; his & illis
Dura nativo riguisse narrant
Pectora saxo.

Nos tamen (si quæ veterum probata
Stat fides vatum) propè duriore
Dixerim ferro genitos, vel arcti
Aere metalli.

Nos Chalybs, vel si magis esse quidquam
 Creditur durum, male pertinaci
 Induit vitâ; rigidisque strinxit
 Pectora fibris.

Hinc amans ferri chalybumque proles,
 Et tot infensis agitata castris;
 Ferreos ipsis gladius, & hastis
 Prodimus ortus.

Quin & illorum seges esse dentium,
 Quos venenati sanie draconis
 Ritè perfusus Minyos Jâson
 Sparfit in agros

Jure credemur; quoties scelestâ
 Arma civili glomeramus ære.
 Et reluctantes terimus propinquis
 Cædibus enses.

Jamque per terras, juga, stagna, montes,
 Quæritur letum, residetque Parcæ;
 Jamque pacato pudor est quietum oc-
 cumbere fato.

Hic propinatham, reboante Ponto,
 Cum mari mortem bibit; hic cruentos
 Emovit fluctus, proprioque mistam
 Sanguine lympham.

Alter ereptis viduatus armis
 Propriâ Martem renovat ruinâ.
 Et dolet, si non comes hostis atrum
 Scandat ad orcum.

O nimis laxis saturæ ruinis
 Impium gentes cohibere ferrum.
 Ne vetustorum maneat fidelis
 Fabula vatam.

Non exile damnum esse inconsultam
donationem.

O D E LVI.

DOnum qui malè collocat,
Urget magna novo damna negotio.
Frustra spargitis aurea
Reges munificis munera dexteris.
Non dat, sed sua projicit
Inconsulta manus. qui temerè ferit
Latas semen in areas,
Parcâ messe suis prospicit horreis.
At qui quærit idonea
Mandandæ segeti jugera, largior
Hunc circum virujt Ceres,
Centenoque operam fânore sarcit.
Sic nos cum damus obviis,
Ingratos facimus; nostraque prodigè
Dando, munera perdimus.
Felix qui geminâ lance beatior
Æquavit meritis manum.
Libratamque pari munere gratiam.

AD

VIRGINEM MATREM.

Cynthiam suam.

In cujusdam diei crepusculo.

O D E LVII.

EN per supremos deciduæ tholos
Horæ reclinem præcipitant diem!

Tibi-

Tibique, Virgo, jam se anhele
 Prona dies senio, & supinis
 Inclinat umbris. Pande fidelius,
 Tuo beatos pondere cardines:
 Stellasque, supremumque noctis
 Imperium, vigilesque cæli
 Impelle flammæ. Si tibi gemmeo
 Offusa surgunt cornua lumine;
 Si casta non frustra vocari
 LUNA cupis, teneroque frontem
 Accendis argento. O nive purior!
 O innocenti candidior rosâ,
 Permite defessum parumper
 Teste polo accubuisse vatem!
 Permite blando sparsa papavere
 (Quamquam molestæ cura veter chelys)
 Et membra, projectumque corpus
 Hocce super jacuisse strato.

AD

THOMAM NAQUINIUM.

Melius illum sapere, qui in herba
 medetur vitiis.

O D E LVIII.

CRescit dum pateris scelus,
 Fæcundoque caput tollit in otio
 Impunita protervia.
 Tunc, cum purpureis halat ager rosis,
 Palantesque rubentibus
 Inserpunt violæ per sata brachiis,
 Non piger patiens manus
 Herbas dissimulet falx; juveni feroc

G

Non

Non parcat ligo carduo.

In primo facilis flore pati manum
Paulatim gravius ferit;

Vellentemque sequi pænè manum nequit
Annorum numero senex.

Nil est ira sibi quod vetitum putet,
Provectusque furor. magis

Maturum feriet, si pateris, nefas.

AD

MARIANUM ANNEUM.

O D E L I X.

Dixeras nuper; melius perorat,
Qui per exemplum solidasque praxes
Verba supplevit; loquiturque vivos
Vota per actus.

Dixeras, quin nec caruere nostro
Verba consensu, meliora mutus,
Suadet Orator: superat loquacem
Dextera linguam.

Attamen cano pereunte mundo,
Rarus exemplis, solidæque praxi
Æmulus paret. caret illa primo
Robore virtus.

Sic licet primos Oriens nitores
Æthiops natæ videat diei:
Atra nocturno tamen ipsè fuscet
Membra colore.

Quin nec Ascreæ patiens Camanæ
Temnit inflexum piger orbis auruna.
Nec lyrae, nugis satur, obsequentem ac-
commodat aurem.

Et licèt quondam lapides canendo
Traxit Amphion; tamen ipsa multis

Displi-

Displicet morum chelys, & severi
 Testis honesti.
 Jamque mordaces Satyros vocamus,
 Si quis audaci memorat vetustam
 Voce virtutem, cytharæque primos
 Suggestit annos.
 Fallimur? quidquid stabilis priorum
 Gesserat virtus, male feriatam
 Damnat ætatem, sterileque laudum
 Exprobrat annos.

AD

FAMIANUM ARANDAM
 FRAGMENTUM
 POLITICUM.

De Liberalitate Principis.

O D E LX.

AT nec tributum pendere nescius,
 Se subditorum munere Regio
 Audire VECTIGALEM ayebit
 Munificus, Famiane, Princeps,
 Non ille frontem contrahit ad sui
 Petita vulgi. non popularium
 Surdus querelarum molesto
 Accumulat sua lucra censu.
 Et illa tantum computat, ac suæ
 Importat arcæ, quæ tenues opum
 Effundit in cives; suarum
 Largus opum, & sibi pauper uni.
 Sint plura quæ dat, quam capit, indigo
 Illata fisco. Non ego nundinas,

G 2

Tur-

Turpemque mercatum probabo
 Si cupidus sua dona Princeps,
 Decusque magni nominis aureâ
 In lance librat: Si meritis datum
 Præponit aurum; vel repensum
 Æs gladio frameisque nummos,
 Ille ille magnis dignior asseri,
 Quem larga plenis copia cornibus,
 Pronæque liberalitatis
 Egregiæ comitantur artes,
 Et non coactis munera passibus.
 Ultroque dandum quod petitur, cui
 Anhela prævenisse vota, &
 Munificum libet esse gratis:
 Magnetis aurum si subeat vices
 Traherentur enses. fortior est manus
 Onusta donis. nemo Thraces
 Non feriet, modo NERVUS adfit.
 Quin & retuso jam senio putres
 Serenioris cote pecuniæ
 Limantur enses. sic virorum
 Et meritorum opulentus emptor
 Antiqua Princeps secula prorogat;
 Sic pæne ab ipsis Manibus Hæctoras,
 Codrosque, Mutiosque & altis
 Scipiadas revocans ab umbris,
 Depræliantum nobile Jæsonum
 Instaurat ævum. non pudet Herculem,
 Novosque sub signis Achilles
 Munifici meruisse Martis.

PÆAN LECHICVS

An. Dn, 1645.

Invictissimo Poloniæ & Sueciæ

REGI

VLADISLAO QUARTO.

O D E L X I.

JAM mihi multis revoluta chartis
 Crescit in plenam Lechias staturam;
 Jam Marianis redimita vernant
 Tempora fertis.

Ite vulgares procul, Ite plausus,
 Ite plebeix monumenta famæ.
 Ite, nil restat populare tensis

Dicere nervis.

Te, Sub-Arctoi Moderator Orbis,
 Te per Aſcræ traho fila buxi,
 Te renidenti tremulum loquetur

Barbiton auro

Ipsè devotis tibi servit armis;
 Rauca dum raras tuba scindit auras,
 Præses armorum; tibi fæderatus
 Militat æther.

Hinc tibi magnas dicat unda puppes;
 Hinc laceſſitis tremit æthra contis;
 Inde torrentes pudor undat alto

Sanguine campos.

Hinc tibi strati poplitis minores
 Supplicant Moschi; trepidique Thraces
 Indè; decreſcunt Dacicæ caducis
 Mænibus urbes.

G 3

Tu

Tu diu castæ Cereri negatos
 Vindicas campos, foliisque Bacchuræ
 Induis, cæfas viridi coronans
 Palmite filvas.

Te sibi sero moriente Phæbo,
 Te sub Eois oriente tonsis,
 Læta rumorum loquitur fideli
 Voce iuventus.

Te canunt mistæ pueris puellæ;
 Te docent parvos geminare natos
 Sedulæ matres, quoties renatus
 Nascitur ortus.

Hic ubi pigris taciturna ripis
 Mortui campos lavat unda Ponti;
 Hic ubi plenus nimis Phaneta
 Æstuat horis;

Te coronatis Cythosura bigis
 Per triumphati vehet arva cæli;
 Te per ignitum jubar, & pudicas
 Memnonis arces.

Te fatigatus pharetrâ Gelonus
 Audiet fractis levior sagittis.
 Ter tibi pronâ Cydari severas
 Exuet iras.

Ibis in nostris per inane pentis
 Nubiurn victor, dominusque cæli.
 Ibis emotas spatiat inter
 Ætheris arces.

Nescit in parvis latitare terris
 Arduo virtus stabilita nisu.
 Nescit in parvis habitare clausi
 Sepibus orbis.

Te tuis quondam superata bellis
 Luna vicinos doceat Planetas,
 Dum triumphales tacito stupefcit
 Axe Polonos.

Te sibi crebris Boreale cælum
 Nutibus, monstrat; tibi laxiores

Dedicat stellas polus , ac utramque
Destinat Arcton.

Sed tamen nondum facilis precari
Differas calum , cupidosque soles.
Regios donec tibi grande canos

Sepiat aurum.

Patriq̄ donec Casimirus hæres
Arduas sceptro solidabit ulnas,
Et tibi magnos simili reponat

Prole nepotes.

Serenissimæ Poloniarum
REGINÆ CÆCILIAE

Renatæ Austriacæ
PANEGYRIS Lyrica.

O D E LXII.

Post Martiarum robora mentium,
Dictasque magni non sine numine
Laudes Vladislai , & suprema
Sarmaticæ monumenta famæ ;
Nam quæ disertis meta decentior
Sit Phæbæ nervis. tendite patrios
Arcus Camænæ , & cultiora
Cecropo date tela versu.
At tu Lechei maxima climatis
Regina salve. cui modo Regiam ,
Centumque securas columnis
Vistuleus lavat annis arces.
Seû te quietis distinet areis
Facunda Pallas : seû mare Virginis
Tranare sit calor papyri ,
Et docili superare pennâ,

Rhenana quidquid dissociat fuga
 Claudique Scaldis; cum facilis regi
 Arundo permittit sagacem
 Austriacis equitare campis,
 Fratrisque mitras visere Cæsaris
 Loquace chartâ: se tibi Regio
 Arguâ differente fletu
 Sarmaticus nova Regna Julius,
 Novosque spondet mitè loquacium
 Olim nepotes, murmure risuum;
 Aulamque vagitu diserto,
 Et Dominum recreat Parentem.
 Utcunque vivas pingis acu notas
 Vincis Minervam; seû adamantinos
 Accendis argento Planetas;
 Sèu Phrygiis animata textis
 Non indecori sidera pollicis
 Metaris astu: seû melior DEI,
 Tuique, Divorum supinis
 Pauperiem prohibes ab aris.
 Te pone pictis alta curulibus
 Themis, sereno Te propè Faustitas
 Exultat obryzo, & repandus
 Innocuo tibi Candor adstat
 Virtusque Recto. Tu geminæ Pharos
 Felicitatis; tu Lechicæ potens
 Regina LIBERTATIS olim,
 Et Patriæ meliore buxo
 Dicere MATER. te sibi limpidi
 Loquuntur amnes, te resonis Chronus
 Enarrat undis, vitreoque
 Deciduus sonat ore Varta.
 Tibi supinis collibus annuunt
 Turrata Craci Pergama; te genâ
 Nixus Bootes, te Polonus,
 Littavicis sociatus armis,
 Stratusque densis Vistula puppibus,
 Postquam maritæ nubere Bathidi

Jussit rebellantes procellas,
 Oceanos docet inter æstus.
 Tibi sonorus de glacialibus
 Iter procellis fingit amabile
 Nomen, coronatosque fasces
 Artifici simulabit undâ.
 Sed jam, Camænæ, Vistuleo metrum
 Mandemus amni, quod procul Adriæ
 Transfundat; & torvum RENATAM
 Erudiat geminare Pontum.

Serenissimo

SIGISMUNDO CASIMIRO
 POLONIÆ & SUECIÆ
 PRINCIPI,

recens tunc nato

OMEN GENETHLIACUM.

ODE LXIII.

Quis renidentes volat inter auras
 Rumor auratis sinuatus alis?
 Quou jubar nostros iterum serenat
 Numine cælos?

Quod recens Sidus Lechiæ faventes
 Mittitis Divi? novus en Polono
 Phosphorus cælo melioris urget

Omina famæ!

Æmulus magnis Proavum trophæis
 Nascitur natus. prope jam paterno
 Noscitur vultu, prope jam paternas
 Suscitat iras.

G 5

Ille

Ille nativos animabit ausus,
 Ille vernantes cumulabit olim
 Patriæ lauros; memoresque laudum
 Eriget horas.

Ille jam cano virides Parenti
 E Musurmanis referet triumphos
 Sedulus campis, Lechicoque Thracas
 Induct are.

Fallor? an magnis Avus è sepulchris
 Prodiens natum manibus nepotem
 Sustulit, parvos gelidis premens am-
 plexibus artus?

En sibi frontem similesque vultus
 Lætior spectat! probat en lacertos;
 Et suis quondam, superos precatur,
 Floreat annis!

Cresce, jam dicit, Casimire, cresce.
 Cresce centenis cumulate lustris,
 Dum tibi noster meliora condit
 Sæcula pulvis.

I, tibi pressos imitere passus,
 Quâ tibi magnæ patet aula Famæ;
 Quâ tibi nostros referet Polonus
 Orbis honores.

Emblema Præsentia DEI.

Sphæra seu Circulus, pro puncto habens
 Oculum.

O D E LXIV.

Cur tot pervigilum lumina fiderum
 Pro clausis Superùm postibus excubant?
 Et longo ordine castra
 Metantur, duce Cynthiâ?
 Ac Phæbi quoties fulva recesserit
 Fax, Tartessio naufraga Nereo,

Cur

Cur centum vigilare
 Ignes Numina iusserint.
 An fors centoculi fabula verior
 Argi nunc etiam vivit; & ignei
 Nostras despicit oras
 E custodia agematis?
 Sic est? sic, tenebris dum malè credimus,
 Securoque nigræ noctis in otio
 Frustra fallere mundi
 Conamur vigilantiam;
 Cælos non fugimus: nulla diem polo
 Insomnesque oculos eripuit quies.
 Nostram sedula scenæ
 Spectant astra Tragædiam.
 Infundas sceleri vesta Caristici
 Ferramenta soli; vel laquearia,
 Queis concordia calcis
 Cælum furripit & diem,
 Claudant te Niobe viscere saxeo,
 In venisque tegant Marmaricæ suis
 Cautes, non fugis usque
 Censores oculos Dei.
 Non secreta Paros, non Mareoticæ
 Servabunt silices. Splendidus vitro,
 Sinceræque nitore
 Cristalli, patet abdita
 Telluris facies. cernitur ilicèt,
 Qui se Carpatiis rupibus obruit;
 Aut in Marmoris alyo
 Patratum sepelit scelus.
 Ergo qua geminis collibus eminet
 Vernans Aoniæ Regia Phocidos,
 Scandam, & pectinis ictu,
 Hoc laurum viridem super
 Incidam, memores quod sibi posteri
 Pandi Emblemata legant sole supercili;
 Blando carmine feris
 Enarrentque nepotibus.

In parvo teretis pectore circuli
 (Sphæram docta vocant Palladis atria)
 Pro puncto vigilantem
 Pupillam vigilis DEI.

Tunc scisso tenero pectine cortici
 Has insculpo notas: Quisquis ades, cave,
 HINC SPECTATOR in orbis
 Scena cuncta videt DEUS.

AD

REGNALDUM ANTIMUM.

Cum in Angliam vela daret.

O D E L X V .

NIL te, nil moror, Antime.
 I per cæruleæ jugera Balthidis;
 I, quæ vitrea Nerei
 Magnas ira rates frangit; ovariantibus
 Malum stringe rudentibus,
 Optatæ repetens littora patriæ.
 Illud deprecor unicum,
 Illud sallicito suggere carmine,
 Ne noster madidis amor;
 Quo tecumque ferant æquora turbine,
 Extinguatur in annibus.
 Undas spernit Amor; nec minor in tuis
 Fervet Neree fluctibus;
 Et flammæ medio suscitât in freto.
 Quin & naufragium pati
 Unus nescit amor. Cum redeuntibus
 In se clauditur annibus
 Ignes sub gelido concipit æquore,
 Nil fatis trepidus suis.
 En jam prædomitæ murmura Balthidis!
 En sopita jacet Thetis!
 En pigris titubant æquora fluctibus,

Paca-

Pacatique silent Noti!
 En recline suos ad scopulos mare,
 Lentis somnia sibilis,
 Et pacem modico spirat anhelitu!
 En jam vela modestior
 Imprægnat teneris aura Favoniis!
 Sensim suppara fluctuant;
 Et malus placido motus ab Africo
 Festis infremuit Notis,
 Et blande graciles scidit Ethesias.
 Jam sensim raperis mihi
 Paulatimque peris Antime: nec nisi
 Te fas luminibus sequi.
 Quin ipsis etiam luminibus peris.
 Ergo dum fugientia
 Excludunt oculos lintea, vividis
 Te votis comitabimur.
 Nam quo non oculis, itur amoribus.

AD

Serenissimum

SIGISMUNDUM
CASIMIRUM

POLONIÆ ET SUECIÆ
PRINCIPEM.

ODE LXVI.

ET tu Polonis Regibus inclytum
 Accede fidus. cui prece consona
 Adspirat Europæ & Lecheum
 Fatidico voyet ore sceptrum.
 Quid jam Paternum? Quid *Jagelonium*,
 Inter tenellæ vincula falcis

Mo-

Moliris, o puer! Poloni
 Splendidior Cynosura Regni?
 Quid bellicosus dignus Avis nepos,
 Balbutienti non pueriliter
 Portendis in fletu? quid iste
 Ingenuo stimulatus æstro
 Præfagit ardor? num Proavis pares,
 Nec annuenti dissimiles Avo,
 Magnóque laudandos Parenti
 A teneris velit usque cunis
 Actus redordiri! An lacrymabili
 Fletu morosum damnat Oniona?
 Pigrósque naturæ labores
 Sæpe vocans modicas rotarum
 Incusat horas? scilicet inclyta
 Nequit sub ipsiis gloria fasciis
 Latere; formosamque pulchris
 Invidiam coquit in medullis
 Avita virtus, nescit idoneus
 Tepere parvis ardor in artubus,
 Primoque vagitu Polonis
 Esse licet generosiores,
 O quantus armis! quantus evantibus
 Crescis Lyceis, Austriacæ recens
 Propago famæ! quantus olim,
 Cum teneros tibi major atas
 Durabit annos! quantus in obvios,
 Martis corusco vectus in effedo,
 Ibis Musurmanos, tuóque
 Bella redux referes Parenti!
 Et hæc, sed olim, dum sólidas tibi,
 Post acta parvæ tempora fasciæ,
 Armabit in vires fidelem
 Mars animum, patrioque pectus
 Accendet igni; nunc teneris Avum
 Patrémque sensim, magne nepos, sonis
 Gestuque coneris minori
 Et lacrymis imitari in ipsiis.

DEI MATRI VIRGINI.

Ad oden Ecclesiasticam Parodia.

O D E LXVII.

FAllimur Vates, quoties superbo
Carminum fastu celebremus illa,
Quæ pedum plebes minor, & supinum
Vulgus adorat.

Vera laus plebem fugit, & remotas
Incolit nubes. populare quisquis
Murmur auscultat calamos inani
Atterit arte.

Te, tuus vates, cano, GLORIOSA
VIRGINUM VIRGO, tibi subjugata
Aureum sternunt caput, & coruscas
Sidera crines.

Tu, licet parvum tibi pendet uber;
Hunc propinato satiassè lacte
Diceris, qui te dominâ puellam
Voce creavit

Quod suis quondam male pasta pomis
Eva, patritæ coriphæa noxæ,
Abstulit; mundo *bona mater* almo
Germine reddis.

Ut suo tandem lacrymosa fletu
Possit oclusos subiisse cælos
Turba; tu pandes vitreo fenestram,
Virgo, sereno.

Jure te summi patulam vocamus
Januam Regis; tibi panda viva
Lucis hinc, illinc radiat trecentis
Porta lucernis.

Ergo jam vobis ope virginali
Redditam, gentes geminate vitam.
Quas Mariani canimus redemptas
Merce cruoris.

AREO.

A R E O P A G U S.

Lento procedendum esse in iudiciis
ferendis, ni valli velimus.

O D E LXVIII.

Tardo moveri dicitur ambitu,
Quodcunque falli nolit. & abditas
Errare per sortes, fideli

Judicium comitante vero.

Hoc & rotari difficilis sacro

Hinc inde claudit lamina pessulo;

Mensesque pendentésque Lunæ,

Et propriis bene ponderata

Momenta lustris. Hoc paribus penes

Appensa nodis se gemino librat

Statera pondo, accommodante

Ponderibus sua vincla mole.

Hoc replicato circuit ordine

Matura lento Canities gradu;

Moræque, perspicaxque vitas,

Et veteris monumenta Numæ.

Hoc & trecentis, non sine Numine,

Accincta curis pectora, & impiger

In astra candor, & quieti

Ver animi, capitísque sudum.

At retrò fertur sub juvenilibus

Imberbis acri se Levitas situ

Tulisse pennis; & profanus

Consilii popularis ardor,

Præcoxque dictum. retro minacia

Prava appetentis tela Cupidinis:

Timorque desidesque Curæ, &

Præcipitis genius Juventæ.

Sic est: sepultus sub volucris latet

Error cerebro, sæpeque præpeti

Dum fidit auræ, ventilatas

Consilium male perdit alas.

Qui-

Quicumque summis arcibus imperans
 Incerta legum iurgia dividis,

Causasque, temperasque rixas.

Et stabilis pia jura Recti.

Tardo moveri iudicium ambitu

Edisce Præses. Sæpe procacibus

Perire festinata votis

Vota solent; mediumque certi

Habere fertur, qui genitum diu

Cita peregit consilium manu.

Sed multus olim iudicandi

Præcipitem comitatur error.

Fit sæpe virtus, quod fuerat scelus;

Ipsoque passim in fine beator

Virtusque, virtutisque fulgor,

Degeneri latuit sub umbrâ.

Sic ille puro lucidior vitro,

(Postquam coacti nube supercilii

Illime cælorum serenum,

Ac hilares tremefecit ignes,

Spissata multos nubila Jupiter

Liquans in imbres) sol tetrico caput

Immersit in peplo, & diurnum

In nebula sepelivit aurum.

Quis tunc aviti sidera luminis

Condemnet illo cæcior impete?

Ipsumque cæcutire solem,

Et vigiles periisse stellas,

Totumque tristes in tenebras polum

isse dicat? splendidior brevi

Redibit, illustresque Titan

Mundi oculos melius repero

Accendet igni. sic brevior mora

Plerumque falsâ conditum imagine

Correxit errorem; ac in una

Judicium reparavit horâ,

Solemque terris reddidit; & simul

Obscura claro nubila pollice

Cælumque detergens molestæ
 Siparium replicavit umbræ.
 Ergo volantum turba Cupidinum
 Maturioris iudicii sacris
 Abscedat à rostris ; volucres
 Inde procul fugiant calores.

SE MULTUM POESI,
 MARIANA PRÆSERTIM
 DELECTARI.
 ODE LXIX.

O quà Regia carminum
 Vernat Pieriis aula tapetibus,
 Et celsum gemino caput
 Ostentat superis in diademate !
O quà Pegaseis salit
 Sacri collis amor excitus unguis,
 Puro Peneus agmine!
 Huc me Castalios, huc, super alveos
 Reclinem volucres Noti;
 Huc picto revehat Cynthus effedo.
 Hinc me de bifido licet
 Suggestu miseràm tristia Principum
 Despectare pericula,
 Et Regum cineres, Hinc titubantium
 Formido patet urbium.
 Hinc orbis dubius stare labantibus
 Hinc illinc minor arcibus.
 Hinc confusa solo sedulus æquora,
 Et mistas numero domos;
 Vivorumque gemo funera Cæsarum.
 Hic, unus mihi celsior
 Non obscura polus lumina suggerit,
 Auratas revehens dies;
 Inclusumque sibi cum vigilantibus

Com-

Commendat Superis DEUM.

Huc mī, (nam quid obest?) ferte recondita
Theſauris melioribus

Vel dilecta mei barbata *Sarbiti*,

Et pompam lyricæ chelis

Vel terſum Calabri carmen *Horatii*,

Si turpi careat joco:

Aut cantata gravis prælia *Virgiliti*.

Hic & feſſa minor pedum

Infundam niveis brachia liliis.

Hic caſſos hilaris dies

Solabor quærulæ murmure tibix.

Quod ſi, Dia parens, tibi

Cordi Muſa mea eſt: nec tenuem rudis

Buxi ſpernis anhelitum;

O quanto feriam ſidera vertice!

Non jam Nectareis ego

Dulcorata favis carmina condiam,

Nec teſtudinis ebrix

Largi mellis ebur Dardanium velim

Ut mī ſuppleat alvear.

Non me viſceribus plus faciat ſuis.

Mecænas Latii decus.

Non monſtrer digito prætereuntium

Argutæ chelis artifex,

Si me Virgo tuis vatibus inferis,

O quam dixero verius,

Quod ſpiro, & (ſi placeo) raum eſt.

AD

THOMAM TALIARCHUM

Cum aliò evocatus migraret.

ODE LXX.

CUM meæ plenus, nimiuſque terræ
Patrios linguo, Taliarche, cælos,

H 2

Cur

Cur inexplētis tua me retentant
Vota querelis?

Patriam mecum fero; mundus ipse
Patriam vastis mihi præbet oris.

Exulem me non faciet remotæ
Ora Canopi.

Ipsē se fallit sibi quisquis unum
Destinat Regnum, patriosque soles.

Orbis est hæres homo totiusque
Incola mundi.

Ipsa civilem mihi Bactra solem
Inter Arctos referunt procellas.

Ipsē nativi Tanais propinat
Flumina Rabæ.

Seū per accensos Orientis æstus,
Seū per undosos Aquilonis imbres,

Seū ubi canus gelidas Bootes
Increpat urfas

Sive juratos hyemi triones,
Seu feros visam Lybiæ calores;

Patriæ nubes comitesque mecum
Ibitis auræ.

Me nihil præter propriique gestem
Pestoris censum; nec avara posco

Divitis Cræsi juga: nec superbi
Stagna Neronis.

Non mihi fuscis comes ibit alis
Tædium; totus feror, & relictas

Nil moror gazas, nec amœna nostræ
Prædia terræ,

Me nihil præter cupiens; quid ultra
Tædio mistis voveam querelis?

Nesciunt plenis supereminere
Tædia votis.

Prodiga militaris pompæ jaſtantia.

O D E LXXI.

UNum, Quirites, cætera diſtuli,
 Monebo vates, dicite, quid retro
 Centum coronatos trophæis
 Magnanimis peperit parentum,
 Dextris triumphos? an framæ jubar,
 Serenioris fulgure lamina
 Diem laceſſens? an ſonoræ
 Mancipium gladius catenæ?
 An pictus umbo, vel clypei timor?
 An teſta Marſis terga leonibus?
 Juſſæque in imbellis lacerti
 Excubiis vigilare lynces?
 An pelta flavis æmula ſolibus,
 An delicati ſyngrapha verticis?
 An criſta, Phænicifque caudæ
 Raptus honor, Lybicifque conus
 Criſpatus alis? an celeres pedum,
 Doctique tergum vertere barbaro
 Equi, volaciumque plantæ
 Cornipedum, malè cum jocantes
 Metimur agros? Non Arabas pudet
 Equos patriæ merce pecuniæ
 Emiſſe; nec fugiſſe Thracam
 Thracis equo, Scythiæque turmas
 Ac exprobrantem Maſſagetem pudor
 Audire, noto cum ſibi cornipes
 Arriſit hinnitu, & Gelonos
 Poſcit equos, dominique tortum
 Rumpit lupatum, cum trepidum ſolo
 Herum ſeveris non ſine pulſibus
 Alliſit; excuſſumque Threſſis,
 Opprobrium grave, liquit agris.
 Qui cum Gelonis bella gerit pedes,
 Eques triumphat; ceſſior hoſticis

Gestitque sub pennis videri,
 Et spoliis equitare raptis.
 Quod si fugaces terga dabunt Dahæ;
 Ferro, Quirites, alite transfugas
 Sequamur. aut frustra pharetris
 Pennigeras gerimus sagittas
 Et juncta nervis cornua? si timor
 Plumavit alis brachia; non amor
 Pulchrique plumabit cupido?
 Nonque pedes pedibus triumphis?
 Opprobrioso brachia stigmatè
 Sat est notasse; & vindicibus Getas
 Monere telis, ne Gradivo
 Invideant, rapiantque frontem
 Quin si sequaces effugiant globos,
 Et persequentis vulnera spiculi;
 Non tela transfugæ pudoris
 Effugient: satis est volaci
 Torvum tuentis tergora Concani
 Signasse plumbo; sat fugientium
 Theatra spectasse, & fugaces
 Myrmidonum numerasse scenas.
 Vel si Geloni tantus amor coquit
 Equi, Quirites; non pretio; manu,
 Ferroque, plumboque, & repenti
 Merce globi, framæque censu,
 Equos emanus. Jam Scythicæ tument
 Turgentque ripæ. mille fremunt equi,
 Manduntque cernui micantes.
 Assyrioque Phrygioque fuco
 Bullasque fransosque. Ite, diem tubæ
 Dixere, grandes Martia nundinas
 Pangæa vulgârunt: cruenti
 Cornipedes meliøre censu
 Vendentur ensis; qui caput æmulo
 Turcæ Polono demet acinace,
 Martique sacrabit, Geloni
 Cornipedis patietur emptor.

PRO SERENISSIMO

POLONIÆ ET SUECIÆ

PRINCIPE

SIGISMUNDO CASIMIRO.

AD MATREM.

O D E LXXII.

Gradive, nostris patrium terris jubar,
 Præses Poloni Nominis:
 Seu te cruentis, nil sui sexus memor
 Bellona pascit cædibus;
 Seu te feroces ensium nudus pavor
 Inter Corallos recreat;
 Decede campo, deserat cassis genas,
 Conisque fulmen exuat;
 Frænata multis rideat lauris coma;
 Sagoque succedat toga.
 Dum vagientem Principem Polonia
 Pacata nutrit Regia,
 Cur pervicaces tinniant Martis tubæ,
 Cur æra nubes puniant?
 Absiste murmur grandius; solus novi
 Poloniarum Principis
 Vagitus auras mulceat; solus suo
 Soletur astra murmure.
 En, ut severas inter hastarum minas,
 Interque pilorum nemus
 Replisse vellet! ut hilarem victricia
 Per arma prospectum jacit!
 Ut pænæ galeâ parvulum claudi caput,
 Equove sublimis vehi,
 Ut pane vellet ferreo tegi sago
 Avara Martis indoles!
 Ut, si feroci personare classico
 Æs militare cæperit;

Siticulosis auribus belli graves
 Bibisse gratatur sonos;
 Paruisque manibus horridæ applaudit tubæ,
 Nutuque frontis annuit!
 Cæsi ipse Martis admoneretur & eâ
 Ad pugnam vocaretur tubâ.
 O! si viriles stare jam possent pedes,
 Aptumque cassidi caput;
 Quantum fatiscenti Austriæ, & Bohemæ, tibi;
 Avunculoque Cæsari!
 Quantum labanti penè jam Silesiæ
 Columen decusque surgeret.
 At, differ arma paululum, & minas puer
 Iramque fletu dilue.
 Absiste ferro. Te brevi & Avi & Avunculi
 Agnoscet ultorem Gothus,
 Agnoscet omnis Suecia, & ferox Getes
 Sævæque tela Tauricæ.
 Nunc desacratam fœderum præstat fidem,
 Ferri silentio coli.
 Quid pertinaci diffuis fletu, puer?
 Martemque lacrymis cies!
 Absiste paulùm; dum tibi majus caput,
 Majore lauru frondeat.
 Adolescat iste Regiæ frontis calor.
 Matura vindicta acrius
 Sentitur olim: tutius quondam solet
 Adultus armari furor.
 Accrescat hisce viribus suus vigor,
 Accrescat animus corpori;
 Capaxque Martis indoles capacibus
 Incorporetur artubus.
 At tu magistrâ protinus pubem novam
 Gradivi flecte dexterâ.
 Parvam Lecheis impleas armis manum,
 Magnoque cognatum Patri
 Avoque pectus, jam, licet panni vetant,
 Dostâ propines dexterâ.

Maturus olim nobilem exprimat manu
 Avum, Patrisque laureas.
 Hic Martiales incoquat fibras furor,
 Hic entheata pectora,
 Te, te Magistro, te imbuat sub præfide,
 Gradive bellorum Pater.
 Nunc fasciatus, supplici minor pede,
 Ter osculatus texteras,
 Jam jam futuro tela, jam lauros para,
 Para trophæa militi.

A D A P E M.

O D E LXXIII.

ARtifex mellis, cui delicata
 Inde nativo cutis ardet auro;
 Inde prælustres tenuis revolvit
 Bractea pennas.
 Cum tibi molles Zephyritis herbas
 Inter illimem referavit hortum;
 Carpe jam tandem pretiosa picti
 Damna vireti.
 Hic ubi lassas mea Musa pennas
 Inter æstivos nemorum lepores
 Dulciter torquet; cruciatque crebris
 Metra lituris.
 Hic mihi stricto leviter susurro
 Jam fatigatas recrea Camænas,
 Ausa cantanti citharæ tuum con-
 jungere murmur.
 Sed quod illustres tibi subter alas
 Incipit parvum trepidare telum?
 Quod vibras, eheu! modicâ timendum
 Vulnus ab hasta?
 Jo surgamus, nimis expeditis
 Fulmiant parvæ volucres sagittis.
 Heu dolor! quantas Apis ipsa, quantas
 Concipit iras!

AD

ARTEMIIUM MOENIIUM.

Ne suo æmulo minor animo de-
jiciatur.

O D E LXXIV.

ERrore, Mœni, discitur. Acrius
Post victa miles prælia dimicat :
Pulchroque flammatus calore
Egregios iterat triumphos.
Fors & minori percitus impete,
Entellus olim straverat arduum
Dareta; ni fallente gressu
Non humilem Phrygiis cachinum
Movisset armis. ast ubi sordido
Fadatâ fimo membra levaverat,
Viresque collegit, superbum,
Indomitis juvenem lacertis
Et ipsa stravit munera. Sic humo
Allisus olim fortius Herculem
Lusisse Gerion, & ipso
Dicitur exagitasse lapsu.
Proh! quanta nigris funera Manibus
Incerti adactus vulnere spiculi
Demisit Æneas! quot olim
Cornigeros Leo stravit uros;
Postquam recepti vulneris immemor
Totis Leonem viribus advocat;
Fusoque non ferendus hosti
Magnanimum fatiat furorem!
Assurge magnis ausibus Artemi,
Quanquam superbo victus ab æmulo,
Herbamque laurumque, & decoros
Obtuleris Dario corymbos.

Spe-

Sperare victus plura potest: minus
 Sperare victor. te gravis interim
 Soletur Entellus: vetusti
 Historiam renova Daretæ.

INTER MAGNAM

ET

PARVAM SORTEM

DIFFERENTIA.

Ad Ambrosium Montanum.

O D E LXXV.

IMus: tu volucris vectus ab Africo
 Æthram præpetibus scinde jugalibus.
 Me terræ proprior semita tutius

Prono tramite duxerit.

Tu, Montane, cave, ne nova fabula

Mutes Icariis nomina fluctibus,

Quamvis perpetui stabra Favonii

Miti murmure perstreant.

Me, quò fata velint trudere, non habent,

Afixum tumulo. quod mihi denegat,

Det fortuna tibi, dummodo quod tibi

Nunquam surripiat mihi.

Vis quo differimus? tu metuis: mihi

Circumscripta truces spes jugulat metus.

Debes quidquid habes. cuncta negantibus

Fatis nil ego debeo.

AD

D. THOMAM AQUINATEM.

Theses Theologicas defensurus.

O D E LXXVI.

DIve, cui fulvi radiis obryzi,
 Pensili Titan simulatus auro

Pectus

Pectus accendit, solidoque fufum

Lumine torquem.

Cum tuæ quondam placita alta Stoæ,

Nec leues nosci monitus calenti

Affero luctâ; tua bella miti

Luce serena.

Non opus toto mihi, Dive, sole,

Qui tibi compto reverenter igne

Pectus offulfit; radius clienti

Sufficit unus.

Hoc graves mentis tenebras, & altam

Ingeniî noctem poteris beatâ

Luce solari, viduasque sacri

Luminis umbras.

Dithyrambus ob titulum

DEI MATRIS VIRGINIS:

Mariæ Matri nostræ collatum, exultans.

Ipfa diæ salutatæ ab Angelo Virginis.

O D E LXXVII.

ITe vota, fæderatas

Queis Amor plumavit alas;

Ite, prona sibilantis

Africique, Japygisque,

Obsequente colla loro

Inter alta nantis auræ mancipate iurgia:

Ite; quod rebelle pictas

Pondus alligavit alas?

Ite; jam latus sequaces,

Jam maritant vela, venti,

Jam suave somniantis

Trudit alas, trudit auras Æoli suspirium.

Illa nati Mater orbis,

Illa nostræ fidus oræ,

Illa nostri Luna cæli,

Virgo casta, prole castâ

Mancipatum ditat orbem,

Et Tonantis esse MATER, VIRGO cum sit,
dicitur.

Io nubilum severas

Stringe cælum, stringe brumas!

Cur noverca de profanis

Tela funduntur pharetris?

Cur procellis horret hirta,

Et pruinis spargit arva; nubium protervia?

Cur apricos radit hortos,

Cur Aprile mordet aurum

Congelatis alga canis!

Frondium tonfor November

Num reciprocante brumam,

Et nivalis cana cæli rostra, trudit effedo.

Ite, vota fæderatas

Quæis Amor plumavit alas;

Ite Flora quâ perennis

Veris inter officinas

Comit hortos, peçtit herbas

Muficusque pictæ lucus altra terræ fasciat:

Quâ per altos oscitatur

Feriatus Eurus agros!

Quâvé passo crinuntur

Sempiterni flore campi;

Quâ capillat ebriosas

Liberali nectar amne Floræ nantis insulas,

Ite flores delicato

Quos inaurat Chloris auro;

Quos Clitumnus vagienti

Plorat amne; cum marito

Temulenta terra rore

Pulchra laxat & relaxat Veris hirti stemmata.

Ite lauri, nostra pictis

Irri-

Irrigate tecta nimbis.
 Explicatis auspicatus
 Ambulet Majus capillis.
 Et procella nil nocentis.
Liliet magna scribat Magnæ Matris omnia.
 Ite flores, quæ serenis
 Compta ridet aura cirrhis;
 Ite calthæ, Virginisque
 Stemma latè naufragantis
 Quæ cachinnat imber auræ
Prænotate mollè fufis liliorum literis.
 Scripta nostris æthra prælis
 Te serenæ edocebit
 Virgo stellas, te *Parentem*.
 O Maria! curiosis
 Illa commendabit astris;
Differetque interroganti digna cælo nomina,
 Dicit auro, quæ coruscans
 Phæbus explorat Planetas.
 Qua tiaris casta Phæbe
 Ardet albis, & minores
 Præna flectit inter ignes,
Edocebit Arcton magna *magna matris* symbola.
 Ite flores; perge Virgo,
 Hospitas quæ laxat æther
 Sponte scenas; eruditi
 Quævé se Maji procellis
 Ominatus pingit imber;
Et diferto vere pingit stemma *MATRIS VIRGINIS*.

AD

STANISLAUM NOLIUM
 AMICUM ÆNIGMA.
 O D E LXXVIII.

NOli, propinquo jam gravior die
 Aurora plorat. Jam properâ fugam
 Invasit

Invasit Arcturus curuli;
 Jam refugæ periëre stellæ.
 Sic ille Titan nubibus æmulos
 Proscribit ignes? sic face cum pari
 Fulfisse, rivalesque cælo
 Ferre nequit Phaëton Planetas?
 At hæc scienti. ducimus interim
 Obliviosi pocula fluminis;
 Novumque miramur serenum
 Emeritâ refides sub umbrâ.
 Quod si procaci læsus arundine
 Scheinerianum corripiam tubum;
 Ne cernat orbis inquinati
 Pauperiem maculasque Phæbi.
 Parum furenti distat acinace
 Obtusa læsæ parma modestiæ.
 Flammanur, in justumque mites
 Degenerant animi furorem.
 Callosa sacræ frons Patientiæ
 Importuoso deteritur situ.
 Erumpit insepultus ignis,
 Dum gelitum quatitur metallum.
 Nunc lætiori mente coercitam
 Compono bilem. Jam steriles minæ
 Cessere. Pro Tridente Fulmen,
 Proque olea fero sponte laurum.

AD

JACOBUM CARVALLIUM.

O D E LXXIX.

IMus? an frustra graviore bruma,
 Omnis iratos ligat unda fluctus?
 Imus? an frustra solidat gelatos
 Vistula pontes?
 Hic ubi nuper renuente nosci
 Semitâ vastæ rediëre naves;

Jama

Jam volant currus, & adacta pulsus
Rheda caballis.

Nosque dum sese vitreus per undas
Porrigit fornix; vada tutiori
Calce metimur, madidasque ficcis
Passibus undas.

Nulla, Carvalli, sibi constat ætas.
Annus incertis equitat quadrigis.
Certa convolvi properant fugaces
Tempora menses.

Martio vernum fugiente cœlum
Vitreas vinctis pedicas fluentis
Demet Aprilis, gelidaque solvet
Vincula ripæ.

Quam modò tuto terminus cothurno
Semitam, torvæ rapiunt procellæ;
Et ferent Balthum super æstuosis
Frangere ventis.

O nimis fluxæ simulacra laudis,
Quam modò tanto licitamur æstu!
Non secus nostræ cita transmeant ve-
stigia Famæ.

AD

Serenissimum

SIGISMUNDUM
CASIMIRUM
POLONIÆ ET SUECIÆ
PRINCIPEM.

Vota Musarum.

O D E LXXX.

Hic quæ Poloni culmina Carpathi
Fastigiatis sidera collibus.

Intrant

Intran , Polonicosque Fasces
 E viridi tumulo propinquis
 Narrant Planetis ; dicitur Attici
 Ferro Tyranni territus è suo
 Apollo demigrasse Cyntho ,
 Et comites revocasse Musas ;
 Et pro diferti flumine Penei
 Præterfluentis litora Vistulæ
 Fessis propinavisse Divis ,
 Et Lechicas habitare subter
 Jussisse stellas ; quidquid acutior
 Frolusit ætas ; quidquid amabiles
 Mendaciorum sub fideli
 Auspicio cecinistis anni ;
 Huc te sonoris , huc dociles vocant ;
 O bellicosæ gemma Poloniæ !
 Merris Camanæ. Hic erudito
 Hospitium tibi Phæbus ipse
 Inscribit auro. Jam tibi , jam rudes
 Appollinaris præscia lauræ
 Thalia dedolat tabellas ;
 Jam calamos , cytharasque Clio ,
 Aptatque libros. Jam tibi Gratia
 Facunda cultis verba leporibus
 Velint propinare , & sacratos
 Eloquio graviore fontes.
 Te laureati portitus orti ,
 Novumque nostri culmen Apollinis
 Suspirat ! & quondam futuris
 Luna Vigil Vigilesque noctes
 Serena charis lumina dedicant.
 Cum doctus olim Nestoream libris
 Demes senectam ; cum per altos
 Ingenii ruet ala campos.
 Hic tu , Polonæ Nestor adorea ,
 Olim futuris jura nepotibus
 Dices ; Palatinosque fasces
 Pegasæ recreabis unda ;

Ac in Lecheis collibus hospitas,
 Maturus olim Sarmaticis, caput
 Levasse sub gemmis Camænas,
 Magnanimo similis Parenti,
 Miti fovebis lumine. Tu brevi
 Docto fluentem vortice Peneum
 Cynthumque, Parnassique culmen
 Ingenuo repetes Mucrone
 An ne in tenellis jam tibi fluctuat
 Apollo labris? jam ne animosior,
 Ipsoque vagitu disertus,
 Patricias moderaris aures?
 Blandæque tandem, currite sæcula,
 Dixere Musæ, currite pervii
 Annique mensesque, & trecentis
 Brachia conduplicate pennis.
 Citumque nobis sistite Principem
 Inter Polonæ limina Phocidos;
 Ut oris & maturus ævi
 Castalios vacuet canales.

FLORA REGALIS.

Ex amænissimis REGUM POLONIÆ
 hortis in Suburbio Cracoviensi sitis,
 quos identidem per ferias æstivas in-
 visebat, expicta.

O D E LXXXI.

Si nec patentem tennis hortorum domos
 Ac plana Floræ compita;
 Huc, huc, curules Pegasi pennas super,
 Apollo ludorum Parens,
 Huc laureatos coge Musarum choros,
 Blandosque metrorum sales.

Descende

Descende Cyntho, præfer hortos rupibus;
 Scabrumque Parnassi caput
 Postpone teneris æsculetorum thoris.
 Præpone flores cautibus.
Hic ipse passis ambulat Majus comis,
 Majoque cognata otia
 Sub explicato frondium tentorio
 Compris amænantur jocis.
Hic mitigati blandius Favonii
 Mulcent apricantes rosas.
 Ipsi te odoris provocant suspiriis
 Flores, gemelli fiderum,
 Hiantibusque casta diducunt labris
 Et pollicentur oscula.
Hic fæderatas Africus sopit tubas,
 Lenesque somniant Noti:
 Gratoque Zephyrus halitu flores fovens
 Miti cachinno verberat.
Hic oscitantes provehunt Etesia
 Renata veris gaudia.
 Ridet pudica floreat fratres rosa:
 Repanda rident lilia,
 Lenique ventorum increpatæ murmure
 Sese alloquuntur arbores.
Hic, te disertum verberante barbitum,
 Jucunda nutabunt sata;
 Nutabit omnis frondium saltu rosa,
 Tardique saltabunt rubi.
 Saltabit hortus; & levi ductas choro
 Gyrahit æther arbores.
Tenebit acres interim buccas Notus,
 Grandæque mutescunt soni,
Et complicato jurgiorum murmure,
 Raucus filebit Africanus.
Quin nec propinquas alloquetur arbores
 Arguta volucrum cohors;
Sed cuncta mutum sopiet silentium,
 Blandoque sternet otio.

Et sola tantum Etesiarum flamina,
 Ac mollis auræ fibili
 Inter loquaces mustitabunt dactylos,
 Vocemque conjungent lyræ.
 En discolori flore lucentes patent
 Herbasque pascunt aræ,
 Suasque duro fiderum senatui
 Immunitates explicant,
 Et tot sigillis, panè quot rosis, tument,
 Suasque signant literas!
 En claudit hortus flosculos sambuceis
 Incarceratos sepibus,
 Textisque castæ Chloridis colonia
 Sese coronat manibus!
 En illa teneri veris adolescentia
 Crispantè juvenescit solo!
 Pudica ab ipsis floribus Floralia
 Luduntur, & terram beant,
 Ac æmulandas libero stellas polo
 Tuentur, & cælos petunt.
 Hinc illa florum nititur in altum seges,
 Nubesque paulatim subit,
 Ambitque cælos. hic tibi *Virgo parens*,
 Tuoque sacra Nomini
 Hic eloquentes educat tellus notas,
 Tuumque pingit Symbolum.
 Hic sub ruborum densiore milite,
 Crebrisque spinarum Rosa
 Horrescit armis; crederes rursus in suo
 Videre Danaen carcere:
 Et rursus Helenam subter armorum minas
 Suo reservari proco.
 Hic erubescit, hic suos pallet rubos,
 Spinasque cælat frondibus.
 Hic delicatas aureis mitras pilis,
 Flavumque crispat verticem,
 Et pertinacis vellicans hamo rubi
 Ad se viatores trahit;

Ac tot decoris replicata coloribus
 Varia meretur nomina.
 Nunc vulneratæ floridus terræ cruor ;
 Nunc parva stellarum söror :
 Nunc castiori consecrata lumine,
 Pudica pratorum Venus :
 Nunc osculati Veris obrysum salit
 Sese votari basium.
 At si MARIAM Mysticam voces Rosam,
 Totâ rubescit purpurâ :
 Totoque cydaris aureæ motu tremens
 Tantâ superbit æmulâ.
 Pubescit illinc , attamen jam sutili
 Canescit argento solum ,
 Et florulento lilieta frigore
 Latas inundant areas ;
 Vernoque lacte languidum quassant caput,
 Æstatis innocentiam,
 En ut minutim fluctuant , & è suis
 Suspensa pendent caulibus !
 Ut candidatis turbinata paginis
 Album merentur calculum ,
 Et sustinentes grandius premunt bases,
 Flavoque rident stamine !
 Illinc jocosø pensiles suspensio
 Irridet aura flosculos ;
 Vernansque socias inter Hyacinthus rosas
 Crispante stipatur comâ.
 En Caltha, florum Proteus, totos suo.
 Intexit agros vellere.
 Imparque proprio ponderi ora languide
 Acclinat ad terram osculo.
 En explicatis Tulipæ captant labris
 Amæna Phæbi lumina ;
 Et, si vel atrâ pellitur noctis rotâ,
 Vel insepultus Nubibus
 Titan serenas invidet mundo comas,
 Turbante Cauro sidera ;

Et illæ apertos protinus claudunt sinus,
 Tristemque vultum contrahunt.
 En ordinatis carminatim lineis,
 Se spica Nardi porrigit!
 Florentibusque Rosmaris tua radiis
 Sese coronat infula.
 Illinc verecundâ Irides florent genâ,
 Et tam modestè subrubent;
 Ut ipse florem panè credatur Pudor
 Propriâ animasse purpurâ.
 Nec falsa terris nascitur Thaumantias
 Minusque diverso caput
 Distinguit igne: hinc æmulas astris rosas
 Effingit; illinc lilia.
 Hinc tristiozem fuscatur inter purpuram;
 Hinc latioremuricem,
 Inexplicatim pensiles tornat Scyphos,
 Et picta Floræ pocula.
 Illinc minore flore Narcissus nitet,
 Canoque pallefcit gelu.
 Quem si loquaris, suscitata flebili
 Suspirat Echo murmure.
 Adhucque mediâ voce Narcissum vocat,
 Suasque deplorat specus.
 At nec sub uno flore Narcissus latet,
 Nec crine eodem fluctuat.
 Illic fideli purpuram mendacio
 Mentitur, & fingit rosas.
 Illinc pudico subrubentes murice
 Vivas odoris pixides
 Suspenderit; inde luteas refert notas,
 Floræque tintinnabula.
 Hinc ditiori pingit auro pendulam
 Floris tenelli bracteam.
 Ac distributis in modum stellæ comis,
 Flavum rotundat verticem.
 Illinc cruentum mentiente sericum
 Nutat labatque coccingo:

Aut nigricante buxum ferrugine
 Senfim colorem diluit.
 En rursus idem in aureis flavet genis,
 Auroque ridet duplici
 Argenteoque lacte conspersum caput
 Virente concludit mitrâ:
 Et quâ supremi verticis surgit coma,
 Raro rubescit sanguine!
 Unum quis unquam crederet florem unico
 Vernare dictum nomine.
 Sed quâ explicatæ porriguntur arbores,
 Parvôsque despectant rubos.
 Quæ lautiore Pyramis vernat comâ,
 Aut vere majori viret?
 Hinc viva Laurus Daphnidem celat suam,
 Phæbumque non vetat procum:
 Illinc superbum floreâ turri caput
 Procera pomus erigit,
 Et sub globosâ frondium testudine
 Ætiva nutrit frigora:
 Pyrusque celsis grandè testâ frondibus
 Vastos relaxat fornices.
 Trophæa terræ crederes victricibus
 Intrare nubes infulis.
 Et ne supino diceret quisquam DEUM
 Isthæc patrasse brachio.
 Quotcunque cerno folia, quotvè flosculos
 Crebris notatos lineis.
 Tot credo ductas sedulæ limas manus
 Laboriosæque indices
 Dextræ lituras: nam quis exquisitiûs
 Vel scripta limavit sua
 Vel scripsit unquam, aut paginas severius
 Censore correxit stylo?
 Quis te parentem nesciat florum DEUS?
 Quis te marito nesciat?
 Herbas serenis esse vestitas togis,
 Rudesque depingi areas?

Tu molle pandos circumasti foscuros;
 Tu cana tornas lilia,
 Cassisque prælidarios sentes rosis
 Certo catenas foedere.
 Tu delicatis contegis taperibus
 Verni pavementum soli.
 Tu temperatis imbribus florum sitim
 Extinguis, & plantas rigas.
 Ad te omnis hortus floreas tendit manus,
 Et densa pandit brachia.
 Tibi dissipatis supplicantes frondibus
 Curvantur excelsæ arbores.
 Et in rotundos distributus urceos
 Omnis rubescit fosculus.
 Sed en & ore, nescio quid, pallido
 Tibi loquantur lilia;
 Ipsique flores, nescio quid, pandulis
 Mutire conantur labris!
 Absiste nervis Phæbe, quin Patrem suum
 Ipsi alloquantur fosculi,
 Et Chloris ipsa florulentis vocibus
 Parenti aduletur DEO.
 At nos Polonis interim gestis manum,
 Totumque lassimus diem.
 Totus Polonis Regibus sudet stylus,
 Totæ sacrentur feriæ.
 O que serenum gemmei, Virgo & Parens,
 Cæli pavementum premis,
 Et excubantes siderum accendis rogos,
 Robur Clienti suggere.

AD

GRÉGORIUM BAXONUM

De extemporali Poësi iudicium.

O D E LXXXII.

Quisquis jocosø percitus entheo
 Extemporali ludere carmine
 Præsùmit ; horrentesque nosci
 Præcipiti vomit ore versus.

Ille aut magistræ laudis avarior
 Formosa vulgi nomina deperit :
 Aut sacra , Musarumque leges
 Indocilis temerat Sacerdos.

Odit profanæ verba loquentiæ
 Laboriosi culmen Apollinis.

Repentè nil pulchrum ; frequenti
 Urfa suos polit ore fatus.

Sublime quidquid vult , solido fovet
 Natura partu : sic virides diu

Crevère lauri ; crevit illa

Ætheræ cedrus æqua nubi.

At ulva , vel quod vilius aspici ,
 Submissiori verrit humum comâ ,
 Serpillum , inæqualesque lappæ ,
 Exiguus viruère lustris.

Sic dum madenti rore pentior
 Exsudat æther , innumeros parit
 Nox una fungos ; sic minores
 Spe citius vegetantur herbæ.

Repentè natum carmen in extimas
 Vanescit auras. Frange volubiles ,

Baxone , nervos , curiosa

Pegaseo metra stringe frano.

Nam cui supremis Musa natat labris ,
 Spumâque tinctam carmen , & obvio

Extrusum palato cespitanti
 Accumulat nova damna lingua;
 Præcogitato dulcius influit
 Thalia versu : quod cita parturit
 Prurigo, de sublimioris
 Ingenii ruit arce carmen.
 Abfiste plebes, me iuvat interim
 Lassata crebro pagina vulnere.
 Multisque tetritus lituris,
 Sollicito calamus cerebro.

Meta Votorum.

O D E LXXXIII.

Quid profunt Parii pegmata marmoris,
 Sublimisque domus; quam Phrygiis graves
 Trabs innixa columnis,
 Testo subter eburneo ?
Quid prodest pedibus vix patiens premi,
 Stratum Tænantis marmoribus solum ?
 Aut vivis pretiosa
 Sapphiris laquearia ?
Quid prodest Tyrio lana satur mero,
 Captivæque suis divitiæ seris ;
 Et quodcumque stuporem
 Vulgo conciliat decus ?
 Nil me regna juvant; nil iterum canam;
 Quanquam gemmifero fordidus alveo
 Pactolusque, Tagusque
 Et magni solium Jovis.
 Nil me divitiæ, quas vomis aureo
 Præceps Inde vado; nil iuvat aurifer
 Toto Lydius auro,
 Et ditis pretium Cypri.
 Hæc poscant alii; me minor interim
 Intonsâ retegat cespes arundine,
 Plebejâque lucernâ
 Virtutis dominæ manus.

Hanc

Hanc desiderijs ingemino meis,
 Hanc nunquam tacitâ sollicito prece.
 Illâ vota precesque
 Ac suspiria compleo.

ELOGIUM LYRICUM

Perillustri & Adm. Rev. Dn. Dn. Alberto Szerebryski Canon. Cracoviensi. Ob Sacellum S. Francisci Xaverii, Indiarum Apostoli, Cracoviæ, in Regia SS. Petri & Pauli Basilica egregiè exornatum.

O D E LXXXIV.

Sunt quos petrosæ fragmina Lydiæ,
 Et è Lycurgi montibus eruta
 Silex, peregrinumque marmor,
 Et Paris variata clarant
 Trophæa crustis. Alter inania
 Jam pænè tactis culmina nubibus
 Immiscet; addendumque stellis
 Tegmen agit; nimiasque cælo
 Inducit ædes. Hic veteres solo
 Exæquat arces, fanaque diruit;
 Fumoque Majorum sacrata
 Tecta novis onerat colossis.
 Ehest ruinas condimus! obruunt
 Ipsa eminentem marmora gloriam.
 Casura molimur, gravesque
 Magno emimus pretio timores.
 Quidquid superbis addimus arcibus,
 Terræ & sepulchro demimus. En gravi
 Lassata fabrorum tumultu
 Stare negat, titubaturque tellus!

Et iusta cæli fulmina provocat
 Sublime marmor, cur minitantium
 Irasque Fatorumque rixas,
 Magnificis alimus fodinis?
 At dum insolentis lege superbix
 Patrum vetustos corrigimus lares;
 Jam pænè desacrata cælo
 Templa labant: & anhela crebris
 Delubra rimis. Jam propè pauperes
 (Quanquam vetustæ cura tenet domus)
 Ad altra migravère Divi:
 Nam rudibus male nixa fulcris
 Gemmas profanis ædibus invident,
 Et obsoleto fana silentio
 Divosque, Divorumque Nomen,
 Et patrios tumulant Honores.
 Sic & propinquæ regna Bohemiæ
 Formidoloso Mars quatit impetu:
 Ausosque ditius vel ipsis
 Cælitibus habitare Reges
 Neglecta sternant Numina. Sic tibi,
 Defunçte tantis Panno periculis,
 Antiqua divisère sceptrâ
 Odrysiæ nova jura Lunæ.
 O cui fideli Relligio manu
 Sublime sacris Nomen Honoribus
 Aptavit; illustresque nosci
 Emeritis Titulos trophæis,
 Divine Mystes, cum radiantia
XAVERIANO pegmata nomini
 Educis & **SIGSMUNDIANOS**,
 Ausoniâ tegis arte muros:
 Tibi perenni marmore durior
 Non pænitentis Fama caloribus
 Assurgit: Arctoumaque culmen,
 Et geminos tibi sacrat axes,
 Et ipse quanquam thuricremò sibi
 Stipata fumo sacra per exteras

Fulserè gentes, quà Goana
 Memnonium rubet ora solem,
 Quanquam trecentis pervigil ignibus
 In Mexicanæ collibus Indiæ
 Stet ara, Brasiliæque turres
 Perpetuo famulentur auro:
 Tibi Patronâ XAVERIUS manu
 Denata rursùm sæcula prorogat;
 Arasque dignatus Craceam
 Ingreditur novus Hospes urbem,
 Qua liberali prodigus entheo
 Tuo beatæ munere dexteræ
 Invitat ardor, & recoctum
 Dædaleâ secat arte marmor:
 Ac eruditâ calce nitentia
 Suspendit alto Symbola fornice;
 Auroque dispunctum lacunar,
 Arte novos imitante flores.
 Tibi Myrones, & pretium novi
 Debent Apelles; quos propius sacris
 Inducis Aris, annuenti
 Cæla jubens placuisse Cælo.
 Humana quidquid dextera condidit,
 Humana sternit. Subruit æmulos
 Natura conatus. In una
 Cum Phrygibus jacuere tumba
 Superba quondam Pergama; nunc cinis,
 Et incolentum rudera inurium.
 Quò vasta Carthago? quò avaro
 Ære graves Amathuntis arces?
 Et illa quondam Roma, nimis suæ
 Oblita Romæ! surgit & occidit;
 Surgetque, & occidetque rursus
 Divitibus tumidum ruinis
 Inflatus orbis. Nulla sibi satis
 Constabit Ætas. Nulla diu sui
 Secura moies. Multa magnas
 Hora tulit; rapit una Turres.

Tu certus ævi sæcula grandibus
 Frenas lupatis: Tu fugientia
 Momenta, pernicesque Lunas,
 Et refugos super orbe soles;
 Ac larga pennæ lustra tenacibus
 Arctas catenis. Te superûm favor,
 Et aucta SEREBRYSCIANIS
 Cælituum monumenta RIVIS
 Perennioris non dubium spei
 Sanxère Civem. Tu minitantium
 Compescis annorum furores,
 Ac vetulæ cariem Senectæ,
 Et excitatos divite parietes
 Abscondis auro. Jamque volubilis
 Secura Fortunæ serenas
 Marmora perpoliére venas:
 Ipsisque sese sternere calcibus
 Gratantur ultrò. jam Patrias Tibi
 Hinc inde suspendère Ceras,
 Quà TRIPLICI madet AMNE saxum:
 Triplexque Ganges Stemmata de Tuo,
 Tagusque triplex volvitur: & simul
 Hermique Pactolique dites
 Diluvio locupletiore
 Inaurat undas. Sic memori Tuum
 Æternitatis Flumen in æquore
 Volvetur, æternique sacros
 Eridani cumulabit amnes.

PRO
EODEM PER ILLUSTRIS

ET

Admodum Rev. Dno
Ad S. Franciscum Xaverium
VOTUM.

O D E LXXXV.

DIVE cui fulvo tumidus metallo
Gemmae inter Brasidium saburras
Supplicat Ganges: rubeique largus
Fluminis Indus.

Quem Molucani didicere tractus
Aureâ Numen sonuisse linguâ?
Et pedum Japon minor; & sequestri
Regia Bungi,

Huc ades quâ te **SEREBRYSCIANUM,**
Arte nativas imitante gemmas,
Marmor invitat; vigilesque sacro
Igne lucernæ.

Quâ Timantæ genio Palæstræ
Viva stellatus rotat astra fornix;
Nec spei cassum laquear superbo
Invidet auro.

Quâ Tunetanis animatus herbis
In tuos gestit color ire vultus;
Et suum fronti decus, æmulamque in-
fundere mentem.

Hinc & hinc fixum geminis laborat
Postibus marmor: minus eruditæ
Cælia Naturæ; pretioque doctus
Certat Apelles.

Nec

Nec tamen cedit pretio ; nec arti
 Ille , qui prompto tibi servit are :
 Et suum vincit propè munus ipse
 Muneris auctor.

Vincit impensas Animus , nec ulla
 Lucra collatos pariant favores.
 Nec latex fontem superat ; nec haustum
 Flumina Pontum.

Ergo bellacis columen Navarrae ,
 Quà tui certus SEREBRYSCIANI
 Pectoris candor vocat , expeditos
 Dirige passus.

Ille seu multæ miserùm catervæ
 Nesciam stringi , timidamque nosci
 Porrigit dextram ; querulosque numinis
 Ditat egentes.

Sive dotandis opulenta Divis
 Dona dispensat : benè contumaci
 Consultit Fato , redimitque magna
 Tempora Famæ.

Quos fatigatæ peperère Lunæ ,
 Una collectos rapit hora census.
 Volvitur sensim , teretisque gyrat
 Copia nummi.

Pauper est , qui plus cupit obseratis
 Incubans gazis. sua dona parcus
 Qui premit , perdit ; perimens sepultæ
 Semina laudis.

Ille qui sparso pretiosus auro
 Pauperes dicit superos ; suasque
 Elocans gazas meliorem Numen
 Fænore stringit.

Ille Fortunæ , dubiæque gaudet
 Certior sortis , cui grata justum
 Astra vectigal , solidumque pendent
 Fata tributum.

Talis erectis , tibi Dive , votis
 Se cliens sacrat ; Patriumque largo

FLUMEN electro; nec avara clausæ
Scrinia gazæ.

Quæ SIGISMUNDI tholus, hospitalis
Ad latus PETRI, tibi dedicatam
Porticum pandit, facilemque cerni
Erigit arcum.

Si tibi præni studio clientis
Regius multo lapis ardet auro:
Si Craci culmen placet, & propinquus
Petra Veveli;

Sic ei magnæ per acuta Famæ
Limpido TRIPLEX fluat AMNIS auro;
Semper illimis liquidoque semper
Dives obryzo.

Sic procellosi vacuus duelli
Vitreo totos bibat ore cælos,
Donec immensum subeat refuli
Numinis Æquor.

CARMEN SECLARE, DEI MATRI VIRGINI

Incunte anno à nata in terris Sapientia
M DC XLIII.

E VOTO METAPHYSICORUM

Ad metas humanæ Sapientiæ consistentium,

IN COLLEGIO KARNKOVIANO SOCIETATIS JESU.

In gratiam Condiscipulorum
DECANTATUM.

NEc me Latinis æmula vatibus
Exemit ætas. Tendite Gratia

K

Lyras-

Lyrasque chordasque, & disertis
 Mane novum recreate plectris.
 Jam nata rorem Lux sitientibus
 Propinat agris: surgite Præfides
 Deæ; *Mariamumque vasem*
 Castalio redimite ferto.
 Non fata Trojæ; non Agamemnonis
 Multo redemptam sanguine lauream
 Cariemus, aut sparsas Achillis
 Busta super tumulosque palmas.
 Tibi, diei *Prodroma*, Thracio
 Interrogatam pectine barbitoni
 Tentamus, attractosque nervos
 Ad tacitam moderamur aurem.
 Tuo; recentis tæritia sæculi;
 Et nexa densis orbita mensibus;
 Expiret in sinu: renatæ
 Hinc iterum remeent Kalendæ.
 Tibi propinquis sanguinibus novum
 Signamus Annum; cum sibi Vagiens
 Infonte sacratum criore
Nomen emit titulosque VERBUM.
 Tibi dicatum, Diæ Parens, AVE
 Quæ narrat horas in machina quolibet
 Persolvat ictu; & tær monente
 Quæque dies dabit ære SALVE.
 Utcunque casti nomine Sideris
 Expergefactæ prævia Gratia
 AURORA diceris modesto
 Castius erubuisse vultu.
 Non te Phætetes; non nimio dies
 Extinguit igni. Tu mihi blandius,
 O Virgo, sub meridianis
 Mane refers; Cynosura, flammis.
 Quin & supernæ maxima GRATIÆ
 Dicere MATER; cui vigiles sacrum
 Caput coronavere stellæ;
 Cui famulum sociata cælum

In circularem sidera taniam
 Stellis Planetas dissociantibus
 Coëgit, & bis sex fluentem
 Sideribus cohibere crinem
 Affectat ultrò: cui adamantina
 Pallent supinæ cornua Cynthiæ:
 Et ipsa nequidquam perosa
 Exiniam capitis tiaram,
 Tibi decentes nectere calceos,
 Et virginali non humilem pedi
 Aptare gratatur cothurnum,
 Aquæ tuis melius serenum
 Haussisse plantis. Quid memorem simul
 Tinctas pudici lumine Phosphori
 Fulgere malas; ac honestis
 Tempora subrubuisse flammis?
 Quid ad fluentis syrmatata pallii,
 Si quando, Mater, tendis in aureum
 Cæli pavimentum, trecentas
 Sub pedibus vigilare stellas?
 Quas ludibundi dextera parvuli
 Hinc inde flexi straminis in modum
 Prehensat; & ridente vultu
 Innocuos tibi monstrat ignes.
 Utcunque nobis diceris Aurea,
 Quam sumptuosis marmora colligant
 Hinc inde gemmis, ô trecentis
 Digna *Domus* supereminere
 MARIA pinnis! seu tibi Cedrinæ
 Auro gravatos tollere fornices
 Certant columnæ; seu per amplas
 Gemma frequens tibi ridet ædes.
 O me beatis postibus additum
 Adscribe vatem! me, **DOMUS AUREA,**
 Stellasque nolentemque cælos,
 Hospitio meliore virgo
 Dignare Mater! si tamen ardua
 Non pœnitendæ **CASTRA** potentiz

Metaris, & rursum **ORDINATA**
 Belligeris acies sub alis
 Dicere? lectum me tibi militem
 Adscisce, Virgo; me tua potinus
 Sub signa, sacratumque Martis
 Auspicium, rigidasque rursum
 Adscribe turmas? non ego proprii
 Parcus cruoris, Nestorios finam
 Impunè grassari; aut caninos
 Sacrilegi fremitus Arii.
 Certus triumphi, certus in obvia
 Calvinianæ monstra proterviæ
 Armabor, instantesque rumpam
 Virgineis acies trophæis.
 Tum post peracti classica prælii,
 Si fors Cadanis **PALMA** vocaberis
 Florens corymbis; ipsa nostrum
 Non humili caput, ipsa vere
 Umbrabis olim; non ego laurea
 Nunquam vetustæ brachia Daphnidis;
 Frondesque Dodonæ, aut dicatum
 Herculeo folium labori
 Desiderârim, si mihi vel Rosa,
 Vel innocentis florida **LILII**
 Hyems triumphales decoro
 Flore velis redimire crines.
 Quin nec molestis horreo tempora
 Sepire spinis, si mihi Lilium
 Exinde surges, delicatis
 Immeritam religare frontem
 Dignata fertis. O radiantium
 Exuberanti lumine vivida
FENESTRA calorum, innocenti
 Digna magis radiare vitro.
O PORTA Cæli! gemmea siderum
 O porta virgo! nobile Regii
ALTARE cultus, quod trecentis
 Gestit Amor cumulare votis.

Quocunque tandem nomine fulseris,
 Tuo quotannis lumine tetricas
 Solabor horas, seu resurgit,
 Seu vetulo labat ore Titan.

Si te Phænetem dixeris: illico
 A tam sacratis torreo ignibus.

Sed dicta rursus diffuenti
 Flas tepidos Cynosura ventos:

Quis ille vero Fons vitreis vocat
 Ad se labellis? quæ salientium
 Prœcella lympharum bibaces
 Explicuit sine labe fluctus?

Heu quanta casti me fitis occupat
 O Virgo, fontis! da cupido sacrum
 Haurisse nectar, sine tu FONDS,
 Sive suâ PUTEUS vocaris

Illimis undâ: non ego garrula
 Apollinaris flumina Pegasi
 Vovebo, si vivacis undæ
 Virgineos referabis amnes.

At nunc, tuorum si qua clientium
 Te cura tangit; pulchra volucris
 Protende tantisper Favonis

Lora, super bijugesque pernix
 Ascende ventos: te juvenum frequens
 Suppirat ordo; te vigilantibus
 Aræ lucernis, supplicisque
 Ingeminat pia flamma ceræ.

Tibi, *Modorum* gloria, Lesbios
 Gratante plectro colligimus modos;

O Mater, Æternum administro
 Digna Modo genuisse VERBUM.

Hic, quâ mitrato vertice celsior

Tibi supinis cornibus annuit
 AGNUS, superstitesque nobis

Auspicio potiore Colchos,
 Crispumque Phryxo non minor æmulo
 Suspendit aurum: quâ tibi subditæ

Lassantur arx : & digniora
 Herculeo monumenta furto.
 Qua grata doctæ pænia Palladis
 KARNKOVIANIS manibus assidet,
 Udxque deplorant Camænxæ
 Præsulei cineres sepulchri:
 Quæ præfidentis Arx *Sapientix*
 Inter minores summa *Scientias*
 Ediçta dispensans, Lecheam
 Non dubio ciet ore pubem.
 Quam ponè flexo cernua vertice
Natura adorat ; cui capitis minor
 Se spontè submittit *Mathesis*,
 Et *Logica* genius *Minervæ*.
 Huc, increata quæ SAPIENTIÆ
 Mater vocaris, virgineos age
 Molire currus ; huc vel ipsa
 Te queruli vehat aura voti.

QUIES POST LECTIONEM
 THEOLOGICAM.

AD PEDES

VIRGINIS MATRIS
 PUERUM JESUM
 AMPLEXANTIS.

ODE LXXXVII.

Fessus Theologi disidiis fori,
 Hic ad virgineos me jacio pedes ;
 Mitis somne veni, clausaque languidis
 Adhuc lumina palpebris.

Alternâ vegetum stat requie caput :
 Et se interposito mens fovet otio.
 Nil durat nimium. Tensâ diu fides
 Plectrum deserit & manum.

O qui Liligero virginis in sinu
 Blandum pupe cubas, tu mihi languida
 (Virgam Mercurii tenno) oculi vitra
 Dulci sparge papavere.

Junonis dubio somniet in sinu,
 Quem Fortuna juvat. dum mihi tutior
 Affusum dominos virginis ad pedes
 Somnum conciliet quies.

AD

REMIANUM FESTIUM.

De suis scriptis, eorumque publi-
 candorum morâ.

O D E LXXXVIII.

Cur diu tantis, Remiane, curis
 Opprimor, quaris : quoties minores
 Ingenii partus minus expetitæ
 Commodo luci;

Sepe *Cunctator*, nimiumque tardus
 Audio vates : mihi sæpe dicis
 Vera *TESTUDO* digitos, & ambas
 Possidet ulnas.

At nec à tantis monitus querelis
 Occupo tardas magis ipse pennas ;
 Et citum nasci gravibus calorem
 Tardo lituris.

Ante maturis mea charta canis,
 Ante depontano adolescat ævo ;

K. 4

Ante

Ante versetur, crucitata donec

Cura senescat.

Non ferunt longam properata lucem.

Temperat nostrum Maro dux calorem,

Perque bisseños vigilata quondam

Thebais annos.

Fædum in Parnasso monstrum,
turpis inter Poëtas invidia.

O D E LXXXIX.

O Nata pulchras inter adoras,

Latùm tuentis prodigialior

Propago famæ ! o in decoris

Progenies malè nata cunis !

O laureorum blatta cacuminum

Profana, fæti non populariter

Proles Honesti ! dicta quondam &

In mediis habitasse cælis.

Enate multis Livor in ædibus,

Adulte multis. te sibi disparem

Inter Planetares ruinas

Dius Honor genuisse partum

Narratur olim. Te per & inclytas,

Etsi impotentes stare pedes, manus

Juaret heroum tiaras,

Et solida monumenta famæ

Impunè reptasse ; ac mediis super

Mavortiorum culminibus Ducum

Hæfisse passim ; per suasque

Se se iterum recreasse mortes.

Quis ille ? verò (pro superùm fidem !)

Quis ille tandem per medias tui,

Apollo, Parnassi nivales

Se genius graviore passim

Ince-

Incestat aurá. quæ furia impio
 In eruditas serpere lauras
 Luctatur ausu? quæ sacratas
 Aonidum populata frondes
 Se pestis infert? quam macies propè,
 Pallorque fædis pingitur in genis,
 Horrorque, qui frontis serenos
 Inciliis sepelivit ignes?
 An & scelestum, sit licet innuba,
 Thalia partum jure stupentibus
 Effudit astris? proh vetustæ
 Excidium, interitusque famæ!
 Sic & sacrati culmen Apollinis
 Infame passim corripuit nefas.
 Ipsosque jam passim Poëtas
 Livor edit spoliūque laudis.
 Ille excubanti Dædalus impete,
 Perjura nostris laudibus impulit
 Do labra; quæis parvas videri,
 Pergit adhuc tenuare laudes.
 Vel si supremi gloria nominis
 Nolit dolari, protinus horridam
 Se volvit in nubem, & latentes
 In nebulis tetricoque fumo
 Celare laudes pergit, & impias
 Inhalat umbras: hinc meritis frequens
 Se vesper infudit trophæis,
 Hinc vetulæ periëre laudes.
 At, si sacrati restat adhuc amor
 Collis Poëtæ, si vice consonâ
 Æterna magnorum vocamur
 Posteritas sobolesque Divum:
 Si dius omnes altius impulit
 Apollo vates; pellite perfidam
 E valle Permessi, aque castis
 Invidiam prohibete Musis.

AD

FELICEM GEORGIUM.

Christophori Baldovini Ossolinski Pala-
tinidæ Sandomiriensis, Stobnicensis
Ropezycensis &c. Capitanci filium.

O D E X C.

Sunt quos patricii stemmata sanguinis,
Et consanguineæ symbola gloriæ
Ignavos faciunt: qui patrium decus
Cunis intumulant suis,

At tu Sarmatici fax nova climatis,
Fax Ossoliniis addita fascibus,
Nunquam propositi nominis immemor
Magnis passibus emica.

Seu te belligeræ circulus orbitæ,
Inter Sarmatici fulmina prælii,
Ac immersa suis spicula cædibus
Et mistos gladiis globos.

Sêu Bellona truci percita classico
In conferta suæ præta Podoliæ
Invitat, rigido fortis acinace
Latas ibis in areas.

Et de Tartaricis vulneribus tuum
Implebis gemino nomen anhelitu:
Nec parcus proprii sanguinis hosticum
Totis viribus hauries,

FELICEMQUE tibi te fore dixeris.
Si fors pro patriæ finibus arduum
Fati amplexus iter magnanimo frequens
Vulnus nomine sarcies.

Hic

Hic post emeriti classica praelii,
 Ac absterſa levi vulnera ſpongiæ,
 Infundes clypeis vel tibi proximo
 Feſſum corpus in aggere.

Post haustasque gravi de galea nives,
 Evictamque famem, latior ardua
 Ad ſuprema novæ culmina gloriæ
 Fauſtis ibis Eteſiis.

Quod ſi paciſeræ Palladis atria
 Marti prætulero: protinus huc, ubi
 Sudor Pieriis præſluit arcibus,
 Pronos curre per aggeres.

Hic gentilitiæ prodigus ASCIÆ
 Cæſas de viridi culmine laureas
 Doctâ fronte ferens, ſertaque fortibus
 Immiſcebis adoreis.

Et junctas patriis Faſcibus Aſcias
 Doctâ lege jugans conſiliis Patrem
 Effinges, patriæ lapſaque propriq̃
 Siſtes ſceptra periculo.

Tunc conferta ſuis roſtra curulibus
 Diſtractumque gravi diſſidio forum
 Leni voce tenens Hercules aurea
 Stringes pectora compede.

Vel ſi fædifragi Cynthia Concani
 Armatos Geticis enſibus Ædonas
 In nos impulerit; prælia, & aſperæ
 Suadebis juga gloriæ.

Tunc & non vacuo nominis omniæ
 FELIX à Lechicâ gente vocaberis,
 Et patrum decus, non popularia
 Doctus vincere nomina

At nunc cum teneræ vincula Faſciæ
 Plexas non humili ſtamine dexterâs
 Infanti cohibent, creſce volentibus
 Felix progenies Diis.

Creſce

Cresce ò magnanimo dignus Avo Nepos,
 Primis ingenuam fletibus indolem
 Confessusque Patrem; cresce novas tuo
 Spes cum nomine nutriens.

In eos qui exoticis ac inusitatis
 nominibus delectantur.

O D E X C I.

AT ò Polonæ quisquis amicior
 Virtutis hæres, projice barbaros
 Ritus, peregrinumque nomen
 A Lechicis prohibeto fastis.
 Nam cur Latino Scipiada minor
 Victoriosæ symbola gloria
 Innadit, & sublimiores
 Romulei titulos Quirini;
 Qui militaris parcior indolis
 Paterna quondam tela Decembribus
 Exussit in focis, & altas
 In stimulos humilemque stivam
 Coëgit hastas? dum tenui manu
 Sulcans paterni jugera prædii
 Fodit reluctantem juvencum,
 Et patriis secat arva pilis.
 Ac pro revicti verticibus Getæ,
 Aut Tauricani milite Conçani,
 Prosternit imbelles aristas;
 Hæcque sua tegit arva strage.
 Alter furenti percitus impetu
 Iræque largus, mitibus asperos
 Confundit Augustis Neronas,
 Et veterem crepat ore Numam.
 An & ferarum (prò Patriæ pudor!)
 Indigna nobis nomina fingimus,
 Pardisque commissos Leones
 Ingenio exprimimusque factis?

At ô Polonæ si quis amor rei,
 Ignota nobis nomina patriis
 Delete de fastis, Quirites,
 Et vetêres renovate ritus.
 Hic acer ensis, ac gladii, arduis
MIECISLAORUM nomina dexteris
 Interpretetur, & redemptam
 Belligero paret ense famam.
 Alter, regendæ laudis idoneus,
 Potensque famæ, moribus exprimat
 Nomen **VLADISLAI**, sciatque
 Certa suæ dare jura laudi.
 Hic non inani nomine sedulus
PREMISLAORUM se genio ferat
 Illustrem; & inclinata quondam
 Consiliis animisque sistat
 In se ruentis culmina patriæ
 Infractus Atlas. Hic **LECHUS** audiat,
 Hic **LESCO**, nobilisque **PIASTUS**;
 Hic Lechico **ZEMOMISLUS** olim
 Illustris auro. Si veterum tamen,
 Quos densiori fusa volumine
 Caligo, gentilisque ritus
 Immemori sepelivit urnâ,
 Pudet Parentum: sunt alii tibi,
 Polone, fasti; & vel Latios super
 Inscripta colles, vel Pelasgis
 Nomina nobilitata faxis.
 Quæ vel professâ conspicuus fide,
 Vincens aperto lilia pectore
 Candor fatetur; vel refusus
 Purpureo cruor ambit ostro.
 Sunt sacra quondam, sunt merito **Lechi**
 Recepta cælo nomina; sunt quibus
 Servata libertas, & auro, &
 Supplicibus vigiles lucernis
 Accendit aras; hinc tibi faustius,
 Olim futuris danda nepotibus,

Polone, non vanum futuri
 Nomina suppeditabit omen.
 Hinc nata proles, non vacuum sui
 STANISLAORUM nomen; & intima
 Bene apprecantis ominetur
 Vota spei, similesque Patrum
 Promittit ausus; queis ubi grandior
 Ætas virilem fuderit aleam,
 Patrisque patriæque certâ
 Laude decus, pretium famæ
 Non otiosis asserat ictibus,
 Invictus hæres. hinc alius tibi
 Assurgat ALBERTUS, Polonæ
 Gentis amor, patriæque florem
 Vel FLORIANI nomine præferat;
 Vel indecõri fæderis otia
 Rumpenda promittat, vocandus
 Non humili CASIMIRUS æstro.

SUMPTUOSUS
 MODERNI SÆCULI
 MENSARUM
 AC
 CONVIVIORUM
 APPARATUS.

O D E X C I I I .

Gulæ magistrum persequar, Musæ, scelus.
 Ultore Vates carmine
 Ventrinè tantum vivimus? Mystæ gulæ,
 Voracitatis Præsules:

Sordens

Sordent sub axe patrio natae dapes ;
 Avita sordent fercula.
 Et ni macello farciatur Indico,
 Fames superba murmurat.
 Cupediarum quidquid aut Phasis fovet,
 Aut dives Oriens educat,
 Totis ematur censibus : nec annuo
 Crumena parcat censui.
 Multisque patinas aestimatas millibus
 Dives culina praebeat.
 Et tota paucis laucibus patrimonia
 Infanus impendat nepos.
 Centum coquorum dapniles exercitus
 Uni Dynastae militant.
 Strepunt culinæ ; fumus obfuscet diem.
 Aetnae favillas crederes :
 Trojamque rursus ; & suis captum dolis
 Fumare rursus Ilium.
 Immugientum hinc fervet ollarum coloris,
 Illinc ahenorum agmina.
 Hastata veruum stridet hinc & hinc phalanx,
 Mille legiones lancium.
 Pippire volucres ; garrulosque posthumo
 Stridere gutture anseres,
 Et quidquid igne pinfitur Vulcania
 De plebe , censes queri.
 In quaestionem turdus ; & perdix gemit,
 Raptumque Phœnicopteri
 Quidquid savori servit. acta in equuleum
 Omnis ferarum copia.
 In jus vocati taurus ; & lepus pyræ
 Adjudicantur ignæ.
 Alter Prometheus cervus explodit jecur,
 Exenterantur bubali
 Tortore ferro. dama carnifice rotâ
 Torretur Ixion merus.
 In innocentes sæviunt cultri feras,
 Fera necantur & feris.

Apros molossi lancinant ; aves , aves
 Gulæ voracis victimas ;
 Et ni suorū purpuretur sanguine ,
 Hero ferina non sapit.
 Mox pharmacorum prodigâ fluens manu
 Exoticorum copia
 Inundat ollas : advenæ Tmolo croci
 Pretiosâ inaurant flumina.
 Armantur apri pipere : amaris dulciâ ,
 Ludunt amara dulcibus.
 Ac evoluti cinnamorum cortices
 Adusque pulverum nihil ,
 Molles arenâ divite inscribunt notas ;
 Limbosque circumsepunt.
 Hinc Canarino saccarum ridet gelu ,
 Extrema rident lancium ,
 Nivesque circum , circum & hyemes albicant
 Purosque claudunt margines :
 Post fata rursū vitreum natat pecus
 Mellita subter flumina.
 Anserque pigri Nerei quondam accola
 Inter saporis fluctuat.
 Domator alter collis ad morem tumet ,
 Premente pomorum strue.
 Tum tortuosa sumptuoso cochlea
 Inviscerantur hospite ;
 Et quidquid infami Ostreorum gurgite
 Lucrina piscatur Thetys.
 En pavo vitæ mediū à morte explicat
 Stellata caudæ lumina.
 Et centum oculois hospites signat comis ,
 Pupilla pennarum aurea.
 At inde saturam provocat famem suis
 Gallina cincta prolibus.
 Gallusque semivir , vel uvens Ardea
 Coo petita litore.
 Anserque Thuscus , & cothurnix Indicæ
 Raptura palmam Phasidi.

Con-

LTA
 Confili
 Gai
 Sentin
 At
 Ar
 Non
 Non
 Fals
 Metas
 Lances
 Turcia
 Trabel
 Suspir
 Anhe
 Farjur
 Ad
 Tuentur
 Pac
 Oculis
 Ocul
 Siltun
 Et
 Senex
 Crebr
 Quo
 Redu
 Et
 Heter
 Oppugn
 Ac
 Longo
 Præ
 Lesque
 Rija
 Tenu

Confusa centum ferculis (Ollam vocant
 Gulæ sacrifæ putridam)
 Sentina planè nausæ, & famis scætet
 Infame diverforium.
 At cum supinas vestit mensas labor
 Discriminatis orbibus,
 Mox resluentum, & diffuentum plurima
 Nant bajulorum examina.
 Dapum procella, nimbus & mappas procul
 Fastidiosus opprimit.
 Mensas paropsis subditas latè premit;
 Lances superstant lancibus.
 Turriga crebris mappa consurgit jugis,
 Trabesque patinis territat.
 Suspiriosus ingemit venter, satis
 Anhela clamant viscera:
 Farcitur usque, sed tamen satur fames,
 Ad usque fundum nausæ.
 Tuentur ora, nausæat ventris tumor;
 Pascuntur epulis lumina.
 Oculisque dentes invident; & dentibus
 Oculi voraces exprobrant.
 Sistuntur argento interim graves scyphi,
 Et militares amphoræ.
 Senexque Bacchus, seculare dolium
 Crebro reliccans congio
 Quo cum recedens perpluit se Phosphorus,
 Redux stupescit Hesperus.
 Et cras relinquens Indicum Phæbus torum
 Hæsterna ridet pocula.
 Oppugnat alter alterum scyphus scyphum,
 Ac vitra respondent vitris.
 Et cœu micantem cæteræ Phæbum faces
 Longo sequuntur ordine;
 Prætoræ vitra cantharo mensas premunt.
 Lateque mappas obfident.
 Ripis stupescit aureis se se merum,
 Tanto superbum margine,

Compendiosus unicâ ridet Lyæus
 Se se intueri vineâ.
 Jam tunc Falerni non eget solis Pharo,
 Calena temnit jugera.
 Jam tunc Faliscos deserit libens cados,
 Rubrasque Cypri vineas.
 Coumque temnit; temnit & Tmoli caput
 Flavasque Cretæ glareas.
 Glebas pinguis Massici mittit manu,
 Consortiumque Synnadæ
 Vitis superbus; in gelu gemmæ cayo
 Purisque stagnat balneis.
 Centum salutes quisque præbicit; bibit
 Quisquam salutesque totidem.
 An mersa tantum cantharis natat salus
 Siccos perosa margines?
 Sapit nec unquam ni fit ampliâ prodigo
 Condita vino gratia?
 Jam naufragatur animus; & plantæ labant,
 Diluta længuent viscera.
 Stupet cerebrum; sed caput ducit choros.
 Vinum loquuntur lumina,
 Vinoque stillant; tota mens vino madet,
 Caduca fallit tibiâ.
 Deliberanti stet ne, num cadat, pedi
 Incurva cervix annuit.
 Reciprocantes & dubii planum pedes
 Super pavimentum narant.
 Errat loquela, lingua titubat, nant manus;
 Eclipticique stant dies.
 Tum sinistra turpi classicum canunt joco,
 Fædosque provocant sales:
 Et in verecundis socia verbis comes
 Miscetur impudentia.
 Rauca peritum tibiæ citant pedem
 Gyrare molles circulos.
 Itur per ulnas, manibus adnæxæ manus;
 Fulsam ingemit cænaculum.

LYRICUM
 Methæis ipse del...
 Sphæris ang...
 At ô Averna...
 Vitis...
 Abilit...
 Si...
 Mar...
 ô dara Bellom...
 Hæ...
 Et...
 Alia...
 At...
 per Gelonos...
 Tepente...
 sub hospitali...
 Favente...
 Elusa...
 Et...
 Haustusque...
 Illimis...
 Scitum fugavit...
 Simulque...
 Fome ex eodem...
 Commur...
 Viridisque...
 Herbaque...
 At lætus aron...
 Quæ...
 Ehippique...
 Mordet...
 Spectante celo...
 Propinat...
 Mox cum severa...
 Tonante...
 Totus...
 Scilicet...
 Alter...
 Babus...

Mathesis ipsa, sed carens puncto, rotas
 Sphærasque pangit, crederes.
 At ô Avorum quisquis immunes geris
 Vultus decusque Patrium;
 Absiste circo: dedecent chori viros,
 Et fæminales circuli.
 Martis cruentus circus invitat viros.
 Ac dura Bellonæ orbita.
 Hic hic parentem masculus quondam chalybs,
 Hic entheata pectora,
 Addicta famæ negligunt ipsam famem,
 Ac erudita fercula.
 Sed per Gelonos postquam arietatum est choros,
 Tepente Thracum sanguine;
 Sub hospitali populo, vel esculi
 Favente textilis domo,
 Elusa patinis vilibus cessit fames,
 Et rusticano prandio;
 Haustusque galeâ præfluentis rivuli
 Illimis ac purus latex
 Sitim fugavit; dum cavâ miles manu,
 Simulque potat cornipes
 Fonte ex eodem: Utrique communis scyphus,
 Commune currit poculum.
 Viridesque mensas sutilis cespes soli,
 Herbæque mappas exhibent.
 At lætus atrum hâc gerit panem manu,
 Quâ tela miles gesserat;
 Ehippique membra commendans rudis
 Mordet polentæ segmina.
 Spectante cælo, sole ridente, & volâ
 Propinat alter alteri.
 Mox cum severas pugna sufflari tubas
 Tonante iussit classico;
 Todus choreis aptior manui manum
 Scutisque scuta conferit.
 Alter supino, dum capit fessus cibum,
 Bœbus solutis, vomere,

Libuffa Regem dum sibi cælebs virum,
 Equo subarrhat prædromo,
 Regnum colonus rusticas inter dapes,
 Pretiosa rifit fercula.

Illamque, quam nos mitibus pomis gulam
 Mensâ secundâ ludimus,

Lufit coronâ, sponte dum fasces subit
 Stiva, & lacerna purpuram.

I, perge, quisquis divitem nutris gulam.
 Nec tale spera ferculum.

Nam si Neronis æmularis prandium,
 Cœnam æmulabere Claudii.



**HOROLOGIUM
MARIANUM**

Septem horis
**CONCEPTÆ ABSQUE MACULA
VIRGINI,**

Dcantatis,
JAM OLIM DISTINCTUM:

**NUNC VERO
TOTIDEM PARODIIS
METRO SAPPHICO
DONATIS ILLIGATUM.**

ACADEMIÆ MARIANÆ
In Collegio Califfiensi Soc. JESU,

**AD IPSAM
TRIENNII
PHILOSOPHICI METAM,
SACRUM, DICATUMQUE.**

Anno Domini 1643. Mense Junio,
Die 17.

PARODIA I.

ODE XCIII.

Jam renascenti pudefactus ore
Siderum lætas inhibet choreas;
Jam patri jungi Phæron curules
Imperat horas.

Jam vagâ fratrem fugiente Lunâ
Antè venturi rubet ora Phæbi
Manè, stillato madefacta potans
Jugera rore.

Jam MARIANÆ duplicata laudi
Æra vocali sonuère pulsu.

Jo! surgamus! properat fugaces
Hora quadrantes.

Surgimus, Virgo; simul hinc, & inde
Labra divinis animata labris
Ad tuas læti solito vocamus
Carmine laudes.

Jamque te MUNDI DOMINAM sonoro
Dicimus cantu: tibi prona servum
Sceptra dat cælum; Tibi subjugatus
Militat æther.

O nihil tacti retinens pudoris
Virginum Virgo! tibi nata solis
Antelucano cupiit probari
Stella sereno.

Te, licet natae genitrix vocaris
Gratiæ, pienam tamen Orbis audit:
Tu DEI clarum jubar; increatae
Gloria lucis!

O relapsuro citò profuturas
Fer manus orbi; celerique pigras
Et moras curru, simul & morantes
Corripe nubes.

Te DEUS quondam semel elocuto
Fertilis VERBO Pater; ante natas
Temporum cunas nec adhuc adulti
Lumina Solis,

Vir-

Virginem Virgo geniti parentem
 Ordinat VERBI, juga quo patentis
 Condidit terræ ; mare quo suis in-

 fudit arenis ;
 Quo recens natas cohibente stellas
 Te sibi pulchram melior maritus
 Addidit sponsam ; vacuans nocentis
 Crimen Adami.

Te prælectam sibi fecit olim
 Inter ingentes habitare stellas ;
 Laxa te subter refovens sui ten-
 toria cæli.

Hæc ubi junctis tibi ritè palmis
 Diximus, Virgo, pudor innocenter
 Vulnerat cælos, roseisque pingit
 Nubila plagis.

Te simul, Virgo juga, Te caduci
 Ebrizæ roris sonuere valles :
 Te recens festis volucrum salutat
 Mane querelis.

PARODIA II,

ODE XCIV.

INterim primâ juvenis favillâ
 Celsa per primam juga scribit Horam
 Phæbus & totum jubar in minores
 Contrahit umbras.

Si tuam nobis, bona Virgo, dextram,
 Et salutare ope faustiori
 Porrigis parmas ; Tibi noster ultrò
 Occidet hostis.

Tum ter acclini redeunte collo,
 Unicum in Trino, gracili Tonantem
 Voce placamus ; solitos precati
 Laudis honores.

Ac simul grato variante cantu,
 Virgo clamaris SAPIENS ; sequestri

Te canunt colles, tibi replicata

Accinit Echo.

O DEO quondam DOMUS incolens

Gratior nosci! DOMUS altiore

Dignior pinnâ! tibi cedit alti

Regia cæli.

Digna septenis Domus in columnis

Altius tolli; tibi larga casto

Sternitur limo; tibi mensa vivo

Pane redundat.

Te profanati geniale mundi

Præterit crimen. tibi Diva dandam

Sanctitas vitam prærit illibati

Præscia partus.

Te suam, quisquis meliorem vitam

Prorogat censu, geminat Parentem.

O minus claudi facilis sacrorum

Porta Quiritum!

Læta si mæstus tegit ora Titan;

Protinus, Virgo; nova stella nobis

Ex Jacob surgis; placidâque findis

Nubila timâ.

Te leves picti volucres Olympi

Ritè submissis venerantur alis;

Te suam prohus Dominam vocari.

Gaudet Olympus.

Jure pallentis Zabuli sacratus

Diceris terror; tibi namque Virgo

Hinc, & hinc surgunt populosa firmis

Cornua castris.

Quo-mari posthac mea-cumque nabit

Cymba; securum mihi *Navis* ipsa

Exhibe portum, pia Christianis

Ripa phasellis.

Ipsè te quondam Pater administrò

Spiritu; Virgo, creat; ipse quondam

Te, redundantis maris instar, omnem ef-

fudit in oram.

PARO-

PARODIA III.

ODE XCV.

Sed nec Afræo vacuus duello
Tertiam nobis vehet axis horam;
In Marianas mea fila rursum

Surgite laudes,

O perennanti laqueata Cedro,
Digna legalis radio coronæ!
O semel pacti meliör vocari

Federis Arca!

Tu *Thronis* vivo Salomonis auro
Inter ardentes radiare gemmas
Diceris; tutò super excubantes

Stare leones.

Te repercussis immitata flammis
Splendidè fuso micat Iris igne;
Dum colorati varius relucet

Ætheris arcus.

Quin nec aspecti prohibes Tonantis
Te Rubum dici: licet hinc & illinc
Te pene circumstrepant innocentis

Ira favillæ

O DEO florens superisque virga
Dignior pratis! tibi rorat olim, &
Lenè ficcatur Gedeonis udo

Vellus in agro.

O serâ casti celebrem Pudoris
Nubinis Portam! cui stillat omni
Desluus cellâ favus in perempti

Ore Leonis.

Jure te Sanctus, genialis, olim
Consciam noxæ cavet esse Natus;
Cui puer quondam DEUS hospitalem

Incolet alvum.

O licet summo supereminere
Diceris calo; licet in columnæ

Tortilis morem tibi sponte nubes
 Bajula sacrum
 Aureos inter superum recessus
 Fert thronum, Virgo; tamen usque pronam
 Applicans aurem, facilisque nostris
 Annue votis.

PARODIA IV.

ODE XCVI.

FAllor? an sextam mihi dixit horam
 Æs recensendos vigil in quadrantes;
 Quod frequens circum rota temperato
 Dirigit axe?

Si tibi nostram liceat salutem
 In preces ductis geminare votis;
 O parens, quondam pueri Tonantis
 Arbitra, salve!

Te velut votum tibi servat una
 Trinitas Templum: Tibi prona Divum
 Alitum pubeſ amat expeditis
 Claudere pennis.

O semel votæ sacra Castitatis
 Cella, quam sanctus Pudor arctiori
 Pessulo eludit; pia tristioris
 Gaudia mundi!

Hic ubi picto petulans vireto
 Aura colludit; tibi surgit almæ
 Hic voluptatis, liquidasque repit
 Hortus in auras.

Hic ubi lætas fugiunt per herbas
 Virgines rivi; patiens gravari
 Hic tibi nutat, viridique fulget
 Palma sereno.

Ast ubi celsum caput inter ipsas
 Promovet nubes Libanus, refusa
 Hic tibi Cedrus speciosiores
 Porrigit umbras.

O vetustorum benedicta quondam
Terra mystarum ! cui virginales
Præterit sulcos gravior paterni

Culpa reatus.

Et licet Summi celebris Monarchæ
Civitas audis , cui celsa ductum
Sepiunt vallum , & decies reversos

Mœnia muros.

Tu tamen nobis Orientis alma
Porta pandêris , licet in viarum
Nubium servet vigil obseratos

Ultio postes.

Jure supremâ prece singularis
Audies Virgo ? tibi namque sacram,
Et rudem vinci cumulavit omnis

Gratia mentem.

Tu velut castum decorat severas
Lilium spinas ; recreas nocentis
Filiæ Adæ , foliisque densos

Protegis hamos.

PARODIA V.

ODE XCVII.

Jam supinatas minor inter umbras
Phæbus in nonam sobolescit Horam.
Jam fatigatus tepidâ dies re-

spirat in umbrâ

Nosque dum lætæ fuga mussat auræ,
In crucem ductam tibi , Sancta , dextram
Cogimus , Virgø ; modò tu petatum in-

tende juvamen.

En tibi junctis reverenter ulnis,
Pectus & celsam cruce frontis arcem
Ritè signamus , similique scripti

Brachia signo,

Gloriam Patri canimus, suoque
Gloriam nato ; licet hic , & ille

Invicem

Invicem spirent sibi par sacratio
 Flamme Numen.
 O fugatorum facilis nocentum
 Urbs! nos vitæ, propriæque quondam
 Conscios noxæ, patulis clientes
 Excipe portis.
 Quin & armato sinuata clivo
 Emines Turris, cui grande David
 Robur, & firmis dedit alta propu-
 gnacula muris.
 Quà percussis radius Phanetæ,
 Dum levis puro Jove ridet æther,
 Et timens vinci jubar in politis
 Palpitat armis.
 Te celer primos Amor inter ortus
 Splendidis castæ radiis favillæ
 Uffit illustrem; teneroque parvam
 Induit igne.
 Tunc licet nullo gravis in cothurno
 Et minus firmis solidata plantis,
 Subdolum Diti caput, & superbos
 Conteris artus.
 Te, simul vitam Syriis in uno
 Amputans collo, famulis adorat
 Laureis Judith; tibi cedit altos
 Sponte triumphos.
 O fovens verum sine labe David,
 Virgo Jessæi bona virga trunci!
 Se tibi sacras Sunamitis ultrò
 Sternit ad aras.
 Qui Thetin Nilo, Pharizæque mundum
 Prætulit terræ, simul & Josepho
 Prætulit JESUM, simul & Racheli
 Ille MARIAM.
 Jure te totam canit esse pulchram,
 Quisquis optatâ tibi spirat aurâ;
 Namque te primo geniale probrum
 Fugit in ortu.

PARODIA VI.

O D E XCVIII.

Cur mihi scriptas stylus alter horas
 Sæpè promotis variabit umbris?
 Ite, nil obstat, procul, inquieti

Ite quadrantes.

Tu mihi posthac, bona Virgo, certas
 Divides horas. tibi veriores

Phæbus horarum Pater hinc & inde

Prænotat umbras.

Quin ut æternum reverente VERBUM

Carne vestires; decimam reversus

Lineam Phæbus facilesque retrò

Flexit habenas.

Sic & infernis homo de lacunis

Altius surgit; sociisque junctus

Angelis paulò minus eminenti

Cedit honore.

O ab æterni radiis Phænæ

Virgo contextâ radiata pallâ!

Te vigil Titan mediam sereno

Palliat auro.

Cum tuum fixo attonitus stupore

Volvo Conceptum; mihi te pudicam

Tollis Auroram, quoties diurnas

Excitat horas.

Hic tibi, Virgo, magis innocenti

Candidum lino, licet in molestis

Lilium spinis, hiat alba casto

Oscula labro.

Tu sacram nato gravidante plantam,

Arduum presso Sægis in cerebro

Pondus assurgis; grave subjugati

Pondus Averni.

Si quis adversas vagus inter umbras

Errat; albentes radios honesto

Comis

Comis argento ; niveoque Lunam
Allinis igne.

O perennantis cynosura lucis!
Tu ream noxx nebularum amictu
Protegis terram , tenuique celas
Crimina nube.

At simul densâ comitatus umbrâ
Siderum vivas superis lucernas
Vesper in rimis , nimiosque labi
Suscitat ignes.

Jamque te nostris canit evocata
Barbitis Echo ; tibi , Virgo , fessus
Se dies sternit ; tibi ducit altas
Luna choreas.

Meque vocales imitatus inter
Montium clivos tibi lætiores
Vesper applausum dedit ; o sequestri
Gloria veri!

Te sibi tutis hilares sub umbris
Garriunt stellæ ; tibi mitigatus
Lene suspirat Notus , & quietis
Dormit in alis.

PARODIA VII.

O D E XCIX.

U^Ltimus nostræ labor est Camænx ,
Ut levem molli comitante cantum
Tibiâ , nuper tibi , Virgo , votas
Completat horas.

O tuis suetus precibus vocari,
Nos ad æternæ propylæa lucis,
Virgo , convertat DEUS , & severam
Exuat iram.

Tuque festinum dominâ juvamen
Annuens dextrâ ; graviore nostri
(O Stygis justus timor) hostis iram
Stringe catenâ.

Tunc

Tunc ter inflexi capitis minores,
 Cum paraclero simul æviternam
 Et Patri, & Nato, solito canemus

Carmine laudera.

Jamque votivam tibi sæpè SALVE,
 Nobilis Virgo, canit hinc reclinis
 Et pedum plebes minor, hinc reductis

Vesper in antris.

Castra sis Virgo licet; illibata
 Audies mater, cui se maritus
 Siderum Patris pudor innocenti

Junxerat igne.

Jure submissis pedibus propinquo
 Cernui collo tibi comitatis
 Addimus sceptrum, melior sacri Re-

gina Favoris.

Nam tibi sparsoꝝ sine lege crines
 Hac refrænari licuit coronâ,
 Quam superfusus vigil e Planetis

Texuit æther.

Jure formosæ face puritatis
 Virgines picti superas Olympi
 Angelos; nullo maculata quondam

Crimine Mater.

Jure supremi dominam Monarchæ
 Occupas ausu meliore dextram;
 Ardet è puro tibi namque palla

Sutis auro.

Per tuas ergo gravis educatæ
 Gratia Mater; sacra seu reorum
 Ara confurgis, bona seu rei fi-

ducia mundi:

Seu graves moti maris inter iras
 Stella lustraris trepidis patronum
 Naufragis portum, placitosque præbens

Ætheris ignes.

Sive conclusi referas patentem
 Januam cæli, tremulisque pacem

Impe-

Imperans morbis, querulo salutem

Dividis ægro;

Per tuas, inquam, pia Virgo, curas,

Hic ubi vivi patet aula cæli,

Unicum & Trinum videam propinquæ

Luce Tonantem.

Hic ubi sudo liquidum sereno

Balsamum fulget; mihi suavè fragrans

Nomen effundis; tibi quisque sacro

Ardet amore,

DEDICATIO.

ODEC.

Supplices, *Virgo pia*, destinatum

Solvimus pensum; tibi mancipatæ

Annunt horæ, famuloque servit

Hesperus ortu.

Fac ut humani via longa tractus

Prospero nobis faveat cothurno,

Fac ut æterni, duce te, patefcat

Semita cæli.

Dumque supremi series Agonis

Urserit fontes, ope tu Patrona

Territis adsta, dubiamque præfens

Erige luctam.

O Hymetteo melior liquore,

Quem sub Hyblæis coquit Æna clivis.

O favo dulcis mage, cælicoque

Nectare Virgo!

Jamque nocturnis oculata stellis,

Cælici somnum fuga suadet orbis.

Jamque decrefcit tibi nostra pronò

Fine Camæna.

A. M. D. G. B. V. M. H.

ALBERTI INES
E SOCIETATE IESU,
ACROAMATVM
EPIGRAMMA-
TICORUM
CENTURIÆ VII.

CASTIS,
Verecundisque Salibus,
IN GRATIAM
Studioſæ Juventutis,
intertextæ.

EDITIO TERTIA.

Correctior, & locupletior, ab ipſoque
Auctore recognita.

Superiorum Permiſſu.

COLONIÆ,
Sumptibus & Typis JOAN. EVERHARDI
FROMART, Bibliopolæ in platea S. Marcelli
propè ſacellum ejuſdem S. Marcelli.
M DCC XXIII.

Nostri Adolescentes , ubi primum ad Rhetoricam lucem enascuntur ; nihil sibi videntur sapere , nisi insipidum aliquem , & lascivulum Poëtam præ manibus habeant ; &c. Nolo tamen armata alicujus Palladis fulmine , tanquam Ajaces , fuerint prosternendi : Sat erit arma quædam lusoria in eos intendere , & sensim ex Adonidis carceribus extractos ; ad castiores Acroamatum Salinas invitare. *Sanct. Leo, Flor. ser. 1. q. 3.*



Volo scire nonnisi per Jocos , dicacesque Facetias : nec oluscula mea , sine Salillo & Acetario quicquam sapiunt. In quo nemo mihi damnum gravitatis objiciat ; nam & Socrates , quantam barbatorum hominum fuit unquam in Græcia , homo gravissimus , Ironiis , ac Iocis , Acuminibus ; Faceciis , Argutiis , Sophistarum Nationem imperebat , &c. *Idem, ibidem ; pag. 50.*

Mag
libri, a
DSTA
LUBC
Com
ILLUST
D. G
LU
Sup
MAR
Generali
CA
PRIMO

Magnæ Spei Adolescenti,

Illustri, ac Magnifico Domino,

**D. STANISLAO
LUBOMIRSKI,**

Comiti in VVisnicz;

ILLUSTRISSIMI DOMINI,

**D. GEORGII
LUBOMIRSKI,**

Comitis in VVisnicz;

Supremi Regni Poloniae

M A R E S C H A L C I,

Generalis Cracoviensis, Scepusien:

Chmielnicen: &c. &c.

**C A P I T A N E I
P R I M O G E N I T O F I L I O.**



AVCTOR FELICITATEM.

Amicæ Fluminum Musas, ad
Gentilitium FLUMEN tuum
duco Illustrissime ac Magnifice
DOMINE. Næ illæ hîc dota-
lem Peneum; næ Heliconios, Agani-
peosque Fontes melius inveniant. Pa-
trius

DID
tus Illustrissim
AWA, com
hibet, p
suis Fluminib
verum tran
pesset mei ra
entur hinc Lib
consecratum.
m, egregia
a Studia cu
ner Purpur
Tua in Liter
igebant mag
Tui, quos
legio reliqu

Quod
ma Domus
rexerimus;
ma omnia
liceris indol
pulcherrimu
dica Studia
omnino facta
Tibi accepit
Literarium.

D E D I C A T I O .

trius Illustrissimæ Domûs Tuæ SRZENI-
AWA , omne id illis pollicetur , inò ex-
hibet , quicquid fabulosa Antiquitas in
suis Fluminibus , ingeniosè magis quàm
verè iisdem transcripsit. Nec est , cur
propositi mei rationes exponam , cum
exilem hunc Libellum , Tuo Nomini eo
consecratum. Sanè postulabat hoc à
me , egregia Illustrissimi Parentis Tui ,
in Studia ejusmodi propensio , & rara
inter Purpuratos eruditio : postulabat
Tua in Literario pulvere contentio ; ex-
igebant magni illi in Palladia arena passus
Tui , quos in Nostro Brûnsbergensi Col-
legio reliquisti.

Quod si , ad immortalia Illustrissi-
mæ Domûs Tuæ decora , mentem por-
rexerimus ; si erectam illam , qua sum-
ma omnia , benè ominanti Patriæ pol-
liceris indolem ; Si denique ea , quibus
pulcherrimum Ætatis Tuæ florem de-
dicas Studia , præ oculis habuerimus :
omnino fateamur necesse est , non aliud
Tibi acceptius futurum munus , præter
Literarium. Novit jam olim Patria ,

D E D I C A T I O.

novit Orbis prope Univerſus , præcipuam Gentis Tuæ gloriam non armis ſolum ſed etiam Literis floruiſſe ; Marti Apollinem , Bellonam Palladi , id eſt Togam Sago , nexu pulcherrimo ſocialiſe. Non miror jam , Antiquos Poëtas ; qui eodem Amnes , Phæbo & Gradivo , Muſis & Bellonæ dedicarunt. Ingenioſa eorum mendacia , in Tuo demum FLUMINE fidem invenerunt. In cujus ubere ripâ , cum hinc viros eruditos , illic Militares reſidere video ; quid aliud gratulabundus exclamem ; niſi SRZENIA WAM LUBOMIRSCIANUM , Marti ſimul & Apollini Hospitale ; adeoque Nativum FLUMEN eſſe. Enimverò ſi vſpiciam alibi in Illuſtriſſima Domo Tua , invenit eſſati ſui fidem Orator ille , qui aſſeruit : *Mutuis operibus & ſtudiis ornari debent , Muſarum quies , deſenſione Herculis ; & virtus Herculis voce Muſarum.* Eumen. Or. I.

In hac igitur ad eò bonis artibus amica , adeoque Hospitali Domo , Natus , age Illuſtriſſime ac Magnifice Domine

DED
 mine operibus
 eo, quo Magn
 admittit
 Filius, aut
 ge Averna
 mungo
 deſenſione
 et decoratus
 illud politico
 tus : FILLI
 Ad hanc ego
 Illuſtriſſima
 Libellum
 ma apper
 Virga, in
 finxit An
 TRISSIM
 nec Fabul
 dex , Sup
 Virga qu
 exanimes
 animabit.
 ti non invi
 nes. Fu
 rennati,
 gentis Tu S

D E D I C A T I O .

mine opportuna Studiis Tuis officia,
 eo, quo Magni, parva solent, animo,
 admitte. Quandoquidem ejus Parentis
 Filius es, qui studia ejusmodi, non ma-
 gis Patrocinio, quam suo promovere
 novit ingenio; nec illis tantum favere,
 sed judicare etiam de illis optimè potest:
 eo fortunatus connitere, ut Basilicum
 illud politioris Philosophiæ effatum asse-
 ras: **FILIUS EST IMAGO PATRIS.**
 Ad hanc ego **IMAGINEM**, debitæ,
 Illustrissimi Parentis Tui, venerationi,
 Libellum hunc, *Votivum* veluti *anathéma*
 appendo. Quod olim de Promethei
Virga, inanima quæque animante, con-
 finxit Antiquitas; idem de **ILLUS-**
TRISSIMO Parente Tuo, nec vanus
 nec Fabulosus vates mihi polliceor. In-
 dex, Supremi in Regno nostro Officii,
Virga quam ille manibus suis moderatur,
 exanimis hosce versiculos non dubito
 animabit. Virgam Mercurii Antiquita-
 ti non invideo, nec suos Romæ Scipio-
 nes. Fulciendæ Musarum mearum
 tenuitati, **ILLUSTRISSIMI** Pa-
 rentis Tui Scipio, abunde sufficiet.

DEDICATIO.

Vale, Magnæ Domûs, Magna Spes,
& illud ingenitâ Tuâ, id est LUBO-
MIRSCIANA Humanitate, effice,
ut exilis hæc Acroamatum meorum Cym-
ba, Secundo FLUMINE Tuo, ad op-
tatum Portum appellat. ne frustra dicar
ego, aut FLUMEN LUBOMIRSCIA-
NUM navigasse; aut SRZENIAVIA-
NUM LITTUS arasse.



PRO-



PRO

Et Opus

LE

IN Epigram-
ma; quan-
do Lector, v-
potest quando
libi est, obse-
rum libellos
saltem, qui
Pueris, frequ-
renter calami-
fuo, salsque c-
tum perit, in-
rem. agi non
tiora, seruu-
illaro deserui-



PROOEMIUM

intentum Auctoris,

Et Opusculi hujus Scopum explicans.

LECTORI SUO,
AUCTOR.

IN Epigrammatibus hisce, plura audeo & vo-
veo, quam effecturum me Spero. Adeò, mi
Lector, votorum audacia, ultra spes suas
potest quandoque assurgere. Nimirum mens mi-
hi est, obscenissimos aliquorum Epigrammatista-
rum libellos, è manibus si non omnium; eorum
saltem, qui Scholas Societatis, i. e. Gymnasia
Pietatis, frequentant juvenum extrudere: eo-
rumque calamos & ingenia, ad honestiorem Pœ-
siam, salesque castiores revocare. Egi hoc quan-
tum potui, in umbra, dum Rhetoricam doce-
rem. ago nunc in Sale, quandoquidem ad san-
ctiora, severioraque studia revocatus, arenam
illam deserui.

P R O O E M I U M

Atque haec causa est, cur omissis longioribus, Sacra & gravioris materia, qua ad manum erant, Epigrammatis; Acroamata potissimum libello hoc praemittenda duxi. Fastidientibus passim sacra acumina, & ambitus proxiliores Acui hujus ingenii; adiaphora hac, & Laconicâ brevitate succincta suggero. Omnibus prope Epigrammatibus Sales honestiores inspergo; ne excitata alias ingenia, inter feditates illas putrescant. Focis hic liberalioribus, innocentibus tamen; imo Pipere, sed quod ultra honestam relaxationem non mordeat, plena omnia. Quo inquires proposito? Eo nimirum, ut horum lepore, & jucunditate, imo & facilitate, Juvenes allecti, sedissima illa expungant; ac è suis Bibliothecis proscribant: ipsique postea honestiora haec non illibentes lectitent; & quod in votis habeo, facili ingenio imitentur.

Quid enim? videas hodie, prò dolor? obscenissimas aurium & animorum pestes, à nullo non gestari, nullum non ediscere. Ille acutissimus festivissimusque. Auctor creditur, qui maximè impudens est: nec quisquam aliter ingeniosi capitis laudem mereri potest, nisi ipsam prius frontem amittat. Non miror Hereticos, quibus ista impensè sapiunt; ut potè immersos Carni & Sanguini. Scribunt illi passim, quae faciunt. At verò nostrates mihi stomachum movent, quibus nihil hodie ingeniosum est, nisi idem lascivum sit.

Audias plerosque ad cultissima Catholicorum
Epi-

INTENT

Epigrammatis
acumina
quere
crisium
cui
filiatione
pauca
pauca
de
He
pauca
Ganimos. H
pernerunt.

to coronandi
in eis Venere
gratias exp

Quid

etiam viro

Cogita, qu

sentendum

culis, obse

imprimunt

rarum No

qui Lasci

quam vicia

ulloribus p

Philippus In

44. Legge

turpice in

expun

iammunt

(a) Plat. in
(c) Baro. in

INTENTUM AUCTORIS.

Epigrammata nauseare; illorumque ingeniosa
 acumina fastidire. Causam nauseae & fastidii
 quaris? Illa unica, illa Basilica est. Quia Sa-
 cristiam, quia Biblia olent. Imo si verum di-
 cere liberet; quia obscenitatibus intactis, hone-
 stissima tractant: quia inter Musas, Venerem
 numerare nolunt: quia nihil è Cypro Paphoque
 petiitum, propinant. Hec prope sola ratio est,
 cur Oueni, Heinsii, Doussa, Buchanani alio-
 rumque turpitudines, omnium manus impleant
 & animos. Hinc illi præcipuam ingenii laudem
 meruerunt. Myrto meretriciâ, non castâ Lau-
 ro coronandi; & ideo solum pulchri, quia tot
 in eis Veneres. Has ex illorum libris tolle; omnes
 gratias expunxisti.

Quid dicam? Si teste Platone, (a) Probos
 etiam viros, lascivus Poëta possit corrumpere:
 Cogita, quid de teneris Adolescentum animis
 sentiendum est. Heu? quoties cereis hisce cor-
 culis, obscenitates illæ, molliter etiam presse,
 imprimuntur? (b) Vixissent utinam magna ter-
 rarum Nomina? Numa, Augusti, Philippi;
 qui Lascivorum Poëtarum carmina, non aliâ,
 quam vindicis Vulcani luce digna, cum ipsismet
 auctoribus pyra injiciebant. Ut alios taceam,
 Philippus Imperator. (c) (teste Baronio Anno
 244.) Lege editâ, Poëtas, qui juvenum animos
 turpitudine inficerent, ex albo bonarum artium
 expunxit: & sanxit: Ne Poëtae ejusmodi nullâ
 immunitatis prærogativâ juvantur.

Nec

- (a) Plat. Ser. 7. apud Max Syr. (b) Sueton. Plutarc.
 (c) Baron. in Ann. Eccl. A. D. 244.

P R O O E M I U M

Nec miror in Christiano Principe tantum literaria honestatis amorem. Admirabilior ea in Augusto fuit; qui (a) infelicem sadi amoris Magistrum, non alia de causa, in exilium Ponticum demandavit, nisi quod Romanorum adolescentum aures, Poëticis Lasciviis incestasset. Non aliis Naso pedibus, Româ excessit. & in Ponticas solitudines deportatus est. Quo inquires profectu? sanè non pœnitendo. Didicit callidus ille, inter frigidæ nives calere minus. Ponticis frigoribus eruditus, tandem resipuit.

Ipsam audi. (b)

*Multi quidem scripsi: sed quæ vitiosa putavi;
Emendaturis ignibus ipse dedi.*

Nempe illatum pudicis mentibus sacrilegium, iure meritissimo, ad fatalem rogam debuit condemnari.

*Neque est cur tibi blandiaris, O quis, quis es?
Na tu fastuosè nimium deliras, si illæis manibus ignem tractare te posse jaclaveris. Fuit hæc olim prerogativa, in Vulcanum Virginitati concessa; sed non in cupidinem.*

Rides ista? è Toga scilicet sanctiore; à religioso calamo.

Tuum ergo tibi iterum profero Nasonem,

Eloquar invitus, teneros ne tange Poëtas,

Submove dotes impius ipse meas.

Callimachum fugito: non est inimicus Amori,

Et cum Callimacho, tu quoque Coë noces.

Carmina quis potuit tutò legisse Tibulli?

Quæ porro hujus Palinodia causa? Cur ô bone eodem

(a) Aurel. Viñor. (b) lib. 3 de Pont. Eleg. 3.

INTEN

ndem calamo,
e manibus

mina cogit
— Lasciviis

Esti inveni
Unam non

Lascivum Poë
mum! Et vid

lari fulmina
monque Lector

libra legendi
Oveni pagina

novam, ita
Necimur in v

Sic vitio

Si nulli in p
vatem egre

est, Lector h
infideli velur

aliquem saltem
quam libello

tum, peric
le, sadum

si non telis,
matis) qua

Disat monst
sem, per terr

sub licenti m
parvam quide

saloque m

(c) lib. 3

INTENTUM AUCTORIS.

*eadem calamo, quo Callimachum, Tibullumque,
è manibus literatorum excutis, tua quoque car-
mina cogeris excutere? Nimirum*

— Lascivaque pagina multos:

Efficit incestos in Veneremque trahit.

*Utinam hac non in libris modo, sed etiam in ipsis
Lascivorum Poëtarum frontibus, hodie impri-
mantur! Et vibrantur quidem è Romana arce,
sacra fulmina, inobscenos istos Scriptores, eo-
rumque Lectores: sed hoc ipsum plerisque, pro-
hibita legendi illecebra est. Fatetur hoc, conscia
Oveni pagina, cum panno veteri laciniam afluens
novam, ita canit. (c)*

Nitimur in vetitum semper cupimusq; negata, &c.

Sic vetitus pulcher creditur esse liber.

*Si ullibi uspiam, hic ille de Epigrammatibus suis
vatem egit. Hoc igitur votum, hic scopus mihi
est, Lector honestatis amice. Pestes ejusmodi ex
insidiis veluti assultare decrevi; & si non omnem,
aliquem saltem earum gustum jugulare. Ea ipsa
quam libello præfixi facies, totius opella inten-
tum, penicillo exhibet. Ex altero Parnassi col-
le, sedum Cupidinem, sacer Apollo præcipitat;
si non telis, (hoc est tot quot tibi offero Epigram-
matis) qua obrusa nimium fateor; saltem votis.
Discat monstrum istud, ex editiore clivo excus-
sum, per terram serpere: discat in cano suo,
sub literati montis pede volutari. In eundem,
parvum quidem mole, sed nequitia ingentem,
caloque nimium Gigantem, tot è Sacratissimo No-
mina*

PROE MI U M

mine ꝛ ESU vibrantur fulmina, quot sparguntur radii. His saltem è rupe Parnassia præcipitur in famis Terræ filius.

Sin minus, quod festivo hoc apparatus intendo assequar; fortasse tamen plurimum sagittas, obrusâ alias Acroamatum meorum cote, in Monstrum hoc acnam: pluribus ad idem audendum animos faciam. Illi non dubito, felicioris ingenii Fortunâ; conatum meum promovebunt. Nec te, ô quis quis ex eorum numero es; subsequi pudeat, aut esse in hac arena secundum. Zypbra, sterilis ille numerus, omnes numeros præcedit. Phabus Aurorâ subsequitur. Rudi planè carbone, futura imaginis lineas duxi: tu exquisitis coloribus, ruditatem animâ: & quæ (multa eâ futura non dubito) in me desideraveris, aut improba-veris; ea tuò ipse exemplo corrige. Leges hic ex Martiali, Oveno, aliisque ejusmodi, aliqua ad sensum castitatis revocata; ut idem felicius ipse facias; & quod olim faciebat ille, gemmas è stercore eruere condiscas. Præstiterunt idem alii ante me: præstitit inter alios, felicissimè Sarbievius: qui plerasque Horatii, Ovidii, Claudiani sæditates, ingeniosa puritate nobilitavit.

Restat adhuc unum quod Lectorem meum candidè moneam. Illud nimirum, ut styli sublimitatem ac elegantiam, imò & subtiliores graviorum acuminum apices, in paginis hisce ne quærat. Moderatâ, imò nullâ hic quandoque gradior pompâ. Leniorum enim Phrasum cincinni, in Epigrammatibus Laconicis, locum non habent.

Qui

INTENT

Qui foscus: quod
& Elegiarum
rosa: plures
talibus, et
comentariis
pater.

qui habendum
no proceritas,
qui Professoris
pi aratum Pa
na humilitate
demerit: ut
posse, inventi
fancibus fracti
tulas cum
ant Falcones
suorum cano
tibi omnino fa

Deinde qui
gravitatem re
qui Poësim de
Ibi (si Dis
medicritate
um. Est quæ

Quid? quæ
quæritur
licetiam, &
mo literum
mædianum

INTENTUM AUCTORIS.

Qui flosculos ejusmodi venatur, hortos Epicorum
& Elegiastarum adeat. Hic plures aculei quam
rosa: plures lepores, quam flores. Multa in
talibus, non aliter sapiunt, nisi Styli negligentia
commendentur. & veluti negligentia manu scripta
puentur.

Addē, quod hic cum Tyronibus mihi quando-
que balbutiendum fuit. Cum illis repere, sum-
ma proceritas; Cum illis desipere, prima, solli-
citi Professoris, sapientia est. Nequaquam su-
pra arduum Parnassi culmen assurgent, nisi eos
tua humilitate erexeris; ac eo usque calamum
demiseris: ut ipsum te equari, imo superari
posse, inveniliter præsument. Audisti cum in-
fantibus fracta voce ludari nutrices? Vidisti, ve-
rulas cum pullis suis pippire volucres? Aquilas,
aut Falcones spectasti aliquando, circa nidorum
suorum cunabula, humiles conari volatus? Idem
tibi omnino faciendum, si cordatus Magister es.

Deinde quis in materia leviori, majorem styli
gravitatem requirat? Si robustiorem cultiorem-
que Poësim desideras? ad mea te Lyrica remitto.
Ibi (si Dis placet) videbis, me ad istam Styli
mediocritatem, non temere, sed consulto dela-
rum. Est quadam diligens negligentia; est in-
curia, curiositas.

Quid? quod pluribus ista scripta sint, quam
quibus intima Musarum Sacra permitta. An-
alicis etiam; & illis, qui ingeniis suis freti, pri-
mo literarum cortice degustato, ad intimiorem
medullam non penetrarunt. Apud hos, Litera-
ria

PRO OEMIUM INTENTUM &c.

ria honestatis hostes persequor. Ipsa styli facilitate ac brevitate, exilem libellum, occupatis eorum manibus ingerere cupio: eaque, etiam importune, obtrudere, qua extra pudoris ac honestatis periculum, & innocentie vulnera, otiosius intò legant, rideant, jocentur; & curas graviores festiuitate hac relevent, nec se ad Sacristiam trahi injuriosè querantur.

Sed jam tandem manum de tabula. *Quorsum, inquires, tam exili opella; tantum Prooemium? Brevius illud facies, si non legeris. Quod se, nec dum, litem mihi remisisti: ignosce justo timori. Ne ipsa hodie Biblia Sacra, in publicum prodeunt sine Prologo Galeato.*

Vale mi, optime Lector, & meum erga Literariam Honestatem, animum, boni consule. Si breviorum pro Epigrammatibus meis Prefationem desideras, in eam tibi ex Epigrammatistarum Principe.

I.

AD AVITUM.

Sunt bona, sunt quadam mediocria, sunt mala
plura,

Qua legis hic: aliter non fit AVITE liber.

Mart. lib. I. Epig. 61.

II.

AD LASSUM.

Triginta toto mala sunt Epigrammata libro,

Si totidem bona sunt, LASSE, bonus liber est.

Martial. lib. 7. Epig. 66.

ALBERTI



ALBERTI INES

è Societate Iesu

A C R O A M A T U M EPIGRAMMATICORUM

CENTURIA I.

Epigramma I.

AD MARIANUM ALDUM

De Epigrammatum suorum brevisate.

Commoda si quæris nostræ brevitatis? habeto:

Primum est, Lectores non onerabo meos.

Sæu bona, sæu mala sunt; poterunt ab utroq; probaris

Dissimiles quamvis Lector & Auctor erunt.

Si placeo, placuisse brevi, mihi sufficit. at si

Displiceo, quantum est displicuisse diu;

Sit gaudebo minus; minus attamen, ALDE, dolebo;

Sive magis, vulgo, sive placebo minus.

II.

AD REMIGIANUM

De suis Carminibus.

Sunt bona, sunt, fateor, mediocria; sunt mala plura;

Hæc mea, sed tuâ sunt, Remigiane, nihil,

III.

De iisdem.

Sunt hæc apta minus, poterunt tamen apta videri;

Nam bona non potui qui dare, curta dedi.

IV.

De iisdem ad Fuscum.

Nè mea de putri scateant Epigrammata venâ;

Allis Pierios misceo, FUSCE, sales.

N

V. De

V.

*De iisdem.**Cur fictis nominibus & cognominibus inscribantur.*

Nemo laceffitum se nostro carmine dicat;
 Innocuum exercent, nomina ficta, Stylum.
 Nemo tamen damnet, nimium dum fingo Pòctam,
 Nam fingo tantum nomina, non vitia.

VI.

AD PHILOSOPHUM.

Pro placito verbis, ut nummis utimur, inquis;
 Erras; verba nihil, omnia nummius emit.

VII.

IN PIGRUM.

Omnia devitas, declinas omnia PIGRE,
 An non te potero dicere Grammaticum?

VIII.

In PONTILIANUM, è trabe infami pendulum,

*A Communi Regula, exceptio.**Seu**Axiomatis Appendix.*

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.
 Excipio guttur, PONTILIANE tuum.

IX.

IN FAUSTULUM deformem.

Frustra conquereris, frustra me, Faustule damnas;
 Non voco te turpem, FAUSTULE, sed tamen es.

X.

AD STEPHANUM NORONIUM.

Problema de Medicis & Juristis.

Morbus ubi nullus, nulla est medicina, NORONI,
 Nullus Juristis est sine lite locus.
 Quid facient ergo medicinæ, & Juris Alumni?
 Fors erit in Cælo nullus utrique locus?

XI.

DE AULO.

Casu vivitur.

Casu vivitur, inquiebat AULUS.

Casu

Casu vivitur ; hoc fatemur , AULE.
Sed non quo Attica , vel carent Athenæ.

XII.

AD FAUSTINUM divitem.
Nemô tuam Faustine potest numerare monetam ;
Quin & nemo meam ; jam sumus ergo pares,

XIII.

IN COTTAM CALAMISTRATUM.
Perfusus oleo combussit , COTT A , capillos ;
Sic operam frustra perdidit ac oleum.

XIV.

IN TONGILIANUM , de alieno capillatum.
Emisti magnâ pretiosos merce capillos.
Emisses utinam , Tongiliane , caput.

XV.

AD MACRINUM , de Cinna informi.
Multum Cinna tibi placet ; Macrine ,
Huc affer speculum ; minus placebit.

XVI.

DE RUFINO.
De Fixo fecit , Rufinus , Mobile bellum ;
Cum se tam celeri proripit inde pede.

XVII.

AD MARIANUM ineptum scriptorem.
Imperfecti operis quoties producitur Auctor ,
Illius ingenio gratulor , atque tuo.
Nempè ambo libri titulum compingitis unum ;
Illus est Nomen , Res , Mariane , tua.

XVIII.

IN SOFFARAM.
Ad imitationem Martialis.
Cum pretio nostros emisset , Soffara versus ,
Illos jure bonoprædicat esse suos.

XIX.

AD EDENTULUM.
Ex sensu Aristotelis.
Quod bobus commune , tibi est edentule factum :
Cornua fronte geris , dentibus ergo cares.

N 2

XX. AD

XX.

AD RUFUM bibonem ægrotum.
 Sæpè propinatam expendisti, Rufe; Salutem.
 Hinc ego non miror, cur tibi nulla salus.

XXI.

DE FUSTICO Podagrico,
 Vinum non potas, vt nulli pocla propines.
 Non Podagram pateris, Fustice, sed Chiragram.

XXII.

AD M. TURDUM.

Lignea domus commoda.

Lignea Turde domus, focus est tibi saxeus; illi
 Si ligna abfuerint, subijcè, Turde; domum.

XXIII.

AD PONTICUM de Ardelione.

Lepide Litis diremptio.

Ardelio Numas, tu Nummos Pontice jactas;
 Et quæris potius cui genus, atque domus.
 Si genus & formam Regina pecunia donat?
 Póntice; Nobilis es, Rusticus Ardelio.

XXIV.

AD MARTINIANUM. de Ruspico.

Duplex gula.

Tu spe cuncta voras, vorat omnia Ruspicus oris
 Ambigo quæ gravior, Martiniane, gula.

XXV.

AD FORMIUM bibonem balbum.
 Secundi calices quem non fecere disertum.
 Vis me vera tibi dicere, Formio? te.

XXVI.

ADVERSIO CRITICA, in MARTIALEM.

Ad XVII. Epigramma libri X. in quo Romæ adulatores abigit.

Quas hinc blanditias vetas, VALERI,
 Attritis nimium venire labris:
 Illas versibus omnibus propinas.
 Si das ergo tuo fidem Poëta;

Hoc

Hoc sub Principe, si sapis, caveto
Verbis Roma prioribus loquaris :
 Hoc pro te facit, ipse Martialis.

XXVII.

AD PONTICUM capillatum imberbem.
 Cæsariè supple implumem, PONTICE, Barbam.
 Barbatum caput est, barbaque calua tibi,

XXVIII.

AD BRUTUM.

Cum mihi promittis, cum das tua dona; recuso.
 Si quid BRUTE sapis, scis benè quid facio.

XXIX.

AD LINUM pauperem superbum.
 Cornua fronte geris lacero contesta galero.
 Non cornu-- tibi, sed-- copia, LINE, deest.

XXX.

DE AULO AD MARCUM.

Ad Bellum, senis tendebat mensibus AULUS:
 E bello sextam jam redit ante diem.
 Tam prope quæ causa viæ, non sciscitor; & tu
 Si citò vis ad nos, MARCE, redire? fuge.

XXXI.

De eodem.

Argumentum ad Hominem.

Vir fugiens iterum pugnabit, dicitur, inquit.
 Inquo, quod cecinit pagina Sacra, proba.

XXXII.

IN OBESUM.

Quis te, quis tandem numeri neget esse Dualis.
 Nunquam ritè potes dicere, Solus ego.

XXXIII.

IN LINUM AMUSUM

De suis verbis.

Me miserum dicis: Melior tu, LINE, Pòëta.
 Nam mea tot damnant, carmina, nemo tua.

N §

xxxiv.

XXXIV.

Vivæ vocis Oraculum, de ALANO.
 Vivâ voce mihi quiddam promisit ALANUS.
 Nil dat, mortua vox, verius illa fuit.

XXXV.

DE ATTALO PARCO.

Rhetor es, at clausam stringis tamen, Attale, dextram,
 Non credo, non es Rhetor, at es Logicus.

XXXVI.

Ad Amicum.

Otium negotiosum.

Nil facio dicis, cum docta volumina versas.
 Omnia, crede mihi, nil faciendo, facis.

XXXVII.

DE IBERO AD CANDIDUM.

De veste Coriacea

Vestitus corio, pedibus quid distat Iberus?
 Non est hæc vestis, CANDIDE, calceus est

XXXVIII.

Ad eundem IBERVM de eodem.

Simplice vestitum tunicâ, te nemo laceffat:
 Te benè vestitum nullus, IBERE neget.
 Quando cuti propriæ cervinam jungis, IBERE,
 Vestitus duplici diceris esse togâ.

XXXIX.

AD CLITUM CALVUM.

Cum tibi radendum caput est; quid fata moraris?
 Non tonsore opus est, sed, CLITE, Carnifice.

XL.

AD PLANCUM.

Pauca rogas multos, sed præstant nil tibi multi.
 Vt præsent aliquid, plurima, PLANCE, roga.

XLI.

AD PONTICUM PETACEM.

Antistrophe prioris.

Multa rogas multos, dare multi multa recusant
 Vis, ut pauca negent, PONTICE? pauca roga.

XLII.

XLII.

AD LENTULUM.

Frustra jejunos incusas LENTULE versus:
Quos jejuna mihi Feria Sexta dedit,

XLIII.

AD RUFINUM.

Secretum contra omnes Morbos.

Quid tibi cum Thermis? si vis Rufine valere.
Lethei potius balnea fontis adi.

XLIV.

IN NOLANUM PETACEM.

NOLANE quavis postulas aliquid die.
Rogationum quælibet apud te est dies.

XLV.

AD HORNUM Pôctam.

Turpis es, & versus comptos à te exigis, Horne.
Auctori æquales hoc decet esse suo.

XLVI.

AD ALAUDUM Neosponsum.

Vicem pro vice.

Duxisti uxorem, toties simul illa vicissim.
Te quoque per totam duxit, ALAUDE, domum.
Pro vice, nempe, vicem multam, tibi reddidit, una.
I nunc & gratam muneris esse nega.

XLVII.

AD BRITTUM discipulum.

De Alcide Magistro.

Quem Numen castigat, amat, quid mæstus anhelas.
Isto BRITTE modo, te tuus Alcis, amat.

XLVIII.

AD MAURITIUM ARANUM.

Cur desperantes desecti, sperantes erecti, dicuntur.
Desperando jacet, quisquis desperat, ARANE.
Stat bene qui sperat: spes pede, nulla, caret.

XLIX.

AD MILITEM è Castris transfugam.

Ejuras Fixum. dilaudas Mobile bellum:
Inde Solacisimos tot, fugiendo, facis.

L.

AD MATTHIAM NOLIUM.

De suis Laconicis

Nondum curta tibi sapiunt Epigrammata, NOLI;
 Displicet acciso pagina plena metro.
 Accipe consilium; poterunt tibi longa videri,
 Quæ brevius scripti; voluito cuncta simul.

LI.

AD LIPPUM.

*In verbo videre penultimam corripientem.**Excusatio.*

Non ego te miror longum breviare videre;
 Pupillæ sermo consonat. os, oculis.

LII.

AD PONTICUM HORTULANUM.

Importuna fecunditas.

Una tibi malus fert plutima, PONTICE, mala.
 Est typus uxoris, scilicet illa tuæ.

LIII.

AD FAUSTULUM Fidicinem Mendacem.

Dum promissa negas, dum veris falsa remisces.
 Tot tibi cum fidibus, FAUSTULE; nulla fides.

LIV.

AD FISCUM Divitem senem.

Finis coronat opus.

Fine coronari dicuntur cuncta: vovetur
 Hæc etiam vitæ, FISCE, corona tuæ.

LV.

De eodem, ad eundem, ex eodem.

Finis opus, vulgi jactatur voce, coronat.

O hic, ergo tuas, FISCE, coronet opes.

LVI.

IN FAUSTULUM deformem.

Dum toties speculum versas, jam pænè timebam

Ne sis Narcissus tu tibi; fons speculum.

Sed cum Therfitis circumfers, FAUSTULE, vultum

Secure totos te specularè dies.

LVII.

LVII.

IN ZOLLUM obesum.

Venter, Aqualiculus frustra tibi, ZOLLE vocatur :
A vino hunc debes dicere, non ab aqua,

LVIII.

AD MARINUM.

De Astrologis, multos caelos afferentibus.

Quid mihi cum caelis? caelum mihi sufficit unum.
Quod reliquum superest, cedo, MARINE, Sophis.

LIX.

IN PONTILIANUM Cornutum.

Rhinoceros, Taurus, Satyrus, Dæmon, Caper, Agn⁹,
Ardua bellaci cornua fronte gerunt.

Tu quoque cum nimium pugnaci cornua fronte
Gestas, istorum, PONTILIANE, quid es?

LX.

AD AMICUM.

De suis Carminibus.

Sæpè refers mea quod, non pauci, carmina carpunt,
Carpunt: nam flores forsitan esse putant.

LXI.

IN DIVITEM.

Dives, Dis.

Cum tot divitias cæca concludis in arcâ:
Dis es; te Ditem nemo negare potest.

LXII.

AD CELSUM IURISTAM.

Perpetuis totum consumis litibus annum;
Damnaque multorum, sunt tua, CELSE, lucra,
Fortunam metire tuam: miser haud potes esse.
Esses, si fieret nullus in orbe miser.

LXIII.

Discipulo suo Pœtæ.

In Mortis descriptione mortuo.

Tu meritò dices, Mors ultima linea rerum.

Nam mortis pangens symbola, mortuus es.

N 5

LXIV.

LXIV.

DE PERONE.

Dum in Angliam peregrinaretur, facto Hæretico.
 Cælū non animum mutant, qui trans mare currunt.
 Non credo: Hæreticus, mutat utrumq; PERON.

LXV.

AD MONTIDUM ineptum Pdeltastrum.
 Quid facio? quæris? quoties tua metra revolvo.
 Vis dicam verum? MONTIDE? nil facio.

LXVI.

AD DOMINICUM MENIUM.

Tecum Habita.

Mecum habito, dicis; laudo; sed dispice tecum.
 Concivem, Mæni, quid sit habere malum.

LXVII.

DE M. PROTREPTICO Monoculo.

Non patitur geminos cælū, PROTREPTICE, soles.
 Cum cælo quiddam, frons tua, Moris habet.

LXVIII.

*De Medicis.**Spes in Herba.*

Est bene, sit quamvis Medico spes omnis in herba.
 Eliquat innumeras inde, Galenus, opes.

LXIX.

AD PLANCUM.

Cæca Fides.

Facundum juras, juras te, PLANCE, disertum.
 Et me, quod juras, credere nolle; furis.
 Desine, jam tandem credo te PLANCE, disertum.
 Credo, sed quid sit, scis puto, cæca Fides.

LXX.

Quis ad AULAM aptus.

Aula Placentinis, non Veronensibus apta est.
 Qui placitura loqui novit, hic Aulicus est.

LXXI.

EX LUCIS ET DIEI Creatione.

*Moralis ad-verso.**Factum*

Factum est Vespere & mane dies unus. Gen. I.

AD CRISPUM.

Præcessit nox, CRISPE, diem; lucemque tenebræ;
Apparere, cupis? disce latere prius,
LXXVII.

De HAYMONE divite Parco.

Ad Justinum Pandarum.

Affectata ignorantia.

Quid sit Sportula parcus HAYMO, nescit;
Nec vult Sportula quid sit, edoceri.
Hoc est, PANDARE, Sportulam negare.
LXXIII.

AD CANDIDUM.

De Olo Nasone ex Græco.

Ollum nasus habet, non Ollus CANDIDE nasum,
Attribui magnis namque, minora solent.
LXXIV.

IN MOMUM.

Omnes condemnas, simul at damnaris ab illis.
Nil tibi, MOME, sapit, Cur? nihil ipse sapit.
LXXV.

AD BALDANUM Hæreticum Apologia.

Pro Cognomine R. P. Ioannis Argenti Soc. IESV.

Olim Visitatoris & Provincialis Polonia.

Argentum, nimium pretioso nomine, dici
Falleris. Argentum dicimus; Aureus est.
LXXVI.

DE AULO.

Sapè mihi narras, Patrum monumenta revolve.
Non damno te, sed quis leget, AULE, tua?
LXXVII.

AD IOANNEM RUBIUM.

Auctor Imperfecti operis.

Auctorem imperfecti operis, malè credimus unum;
Illis, nulla, RUBI, Bibliotheca caret.
LXXVIII.

Ad quendam Magni Nominis Senatorem.

Ex utroque Casar.

Gratulor, & quod habes, & quod merearis honores,
Alterutrum rarus : rarus urumque tenet.

LXXIX.

AD GABIANUM Iuristam.

Mentiris, dicens : Pacem te poscimus omnes.

Cum sit lis hominum, Dos, GABIANE, tua,

LXXX.

Propter quod aliquid tale ipsum magis.

Amphora, Zodiaci caelestibus, indita, signis,

Cur inter medias stat, MARIANE, feras.

An si propter quod tale est aliquid, magis ipsum est :

Est fera, namque homines, efficit illa feros.

LXXXI.

AD PRISCUM,

Parcam uxorem habentem.

Errant in numero Parcarum, PRISCE, Pœtæ:

Accessit conjunx nam tua quarta, tribus.

LXXXII.

AD AMICUM.

De Toræ Græco, mendace.

Ne mirere Toram cum veris falsa remiscet.

Cum linguâ Græcam combibit ille fidem.

LXXXIII.

PROBLEMA DE AURO.

Cur aurum instabili nomen desumpsit ab aura;

Fluxa nimisque fluens, est utriusque fides.

LXXXIV.

IN MACRINUM.

Dum nego te, Macrine, Sophum, mea verba subaudi,

Non nego Aristarchum te; sed Aristotelem.

LXXXV.

IN ATTALUM.

Attale, falsus homo es; talem licet antè negabam,

Attale, falsus homo es; cur? quia multa bibis.

LXXXVI.

DE RUFO AD NORVEGIANUM.

Omnia

Omnia promittens ipse accipit omnia, RUFUS.
Sic stat promissis, NORVEGIANE suis.
LXXXVII.

Cur Principes numero plūrali utuntur?
Cur se pluralis numeri Pronomine Reges
Dicunt? nam non est Rex bonus, unus homo.
LXXXVIII.

AD PISONEM OLLUM DE MYRONE.

Mordax amulorum pax:
Ortum de priscā narras de gente Pisonum;
Romano jactat se Cicerone, MYRON.
Fingit uterque genus; sed fictum rodit uterq̄te;
Pisa MYRON toties, tu Cicer, OLLE voras.
LXXXIX.

AD BLANCUM.

*Secretum contra Medicos rigidiorē dietam
præscribentes.*
Cum Medicus rigidam præscribit, Blance, dietam;
Non epulas renuat participare tuas.
XC.

AD AMICUM.

Bonum ex integrā causā.
Das bona verba bene, quoties quod posco reponis.
Dum quod posco negas, das bona verba, malè.
XCI.

AD BIBONEM.

Hellenismus.
Littera Græca tibi multo se miscuit usui.
Arbitraris idem vivere, quod bibere.
XCII.

Ad rudem vulgò truncum.

Consolatio:
Non ex omni ligno fit Mercurius.
Doctior & Musis, & Phæbo doctior esses.
Si foret ex omni stipite Mercurius.
XCIII.

IN OVENUM.

V'v' sui neminis.

O Venus! impurus quantum tibi debet O Venus?
 A cuius tantum nomine, Nomen habet.
 Nec miror cur tot fædos lascivit amorès.
 Nominis ille sui se probat esse virum.

XCIV.

AD AULUM DE IOANNE BRUNS. *Philautia.*
 Nemo placet cunctis; nec cunctis displicet, Aule
 Inde placens nulli, BRUNS, placet ipse sibi.

XCV.

AD DIVITEM SUPERBUM.
 Rex es, quando tibi Regina pecunia nubit.
 Rusticus, hac rursum si vidueris, eris.

XCVI.

AD MEVIUM DECOCTOREM.

Ex necessitate virtus.

Externas nunquam non lustras, MEVIE, terras.
 Nempè extat terræ portio nulla tuæ.
 Nulla tibi Patriæ reliqua est Possessio, glebæ.
 In Cælo saltem quod tuearis habe.

XCVII.

AD QUENDAM

Multa bibentem, & alta sapientem Excusatio.

Colles Bacchus amat, fursum se vitea tollit
 Ignosco, quoties ebrius, alta sapis.

XCVIII.

AD PRISCUM de suis carminibus. *Gigantonomachia.*
 Pygmæos versus pango, tu, PRISCE, Gigantes;
 Multa tuos ferient fulmina, nulla meos.

XCIX.

AD OLAVUM.

Pro suis carminibus Apologia, ex Græco.

Metra mea incusas nimix brevitatís, OLAVE;
 Imò nihil scribetis, tu, breviora facis.

C.

Ad Momum.

Pro iisdem Defensio.

Nil hîc festivum scripsi; nil, dicis, acutum.
 In me, Mome, tibi displicet, ergo nihil.

ALBERTI

ALBERTI INES
è Societate Iesu
ACROAMATUM
EPIGRAMMATICORUM
CENTURIA II.

Epigramma I.

AD V. Beatissimam, nehtem.,
Nolim Nestoreo vitam producere filo:
Si tua, Virgo, mihi det sua fila, colus.

II.

DE S. SIMEONE.

Nunc dimittis &c.

Manumissio.

Vidit vt infanti velatum corpore Numen;
Dimissum, dominâ se cupit esse, manu.
Nempè Deum, Simeon, famuli sub imagine cernens.
Conservus Domini noluit esse sui.

III.

DE S. AGATHA V. M.

Vulgò contra incendia Patronâ

Argumentum à majori.

Quæ Paphiæ, potuit domuisse incendia, flammæ
Vulcani rapidos quin domet illa rogos;
Conjuge devictâ, refugus dat terga Maritus.
Vulcanum docuit vincere, victa Venus.

IV.

DE BLANCO ex Scholari milite.

Ex Castris transfugâ.

Declinans aciem, frustra te, BLANCE, Scholarem
Frustra, Grammaticum nuper abisse negas.

V.

JOCUS MARTIALIANUS.

Ex Lib. 10. Epigr.

Pessima vina mihi pretioso fundis in auro,
Scilicet ex auro plumbea vina bibam;

VI. Si-

VI.

Simile.

AD PONTICUM PARCUM.

Ex auro mala vina bibens, mihi pōcla propinā.
PONTICE, nolo merum; pocula malo tua.

VII.

Ad eundem.

Quod facis, fac cito.

Semper agis animam, moreris sed, Pontice, nun-
Mature tandem, Pontice, fac quod agis.

VIII.

DE BLANCO ET CARNERIONE.

Blancus habet rigidos; crispōs, Carnerio; crines:
Scilicet, hic emptos gestat; at ille suos.

IX.

AD FANTINUM Caluūm.

Sacrā tuam, jactas, super est Caluaria frontem.
Cur, FANTINE, suam non capit ergo crucem?

X.

IN RUSPICUM.

Ex castris reducem.

Præripuisti aliis fugiendo, RUSPICE, palmam:
Hinc te victorem nemo redisse neget.

XI.

IN LAGUM Hæreticum; Astrologum.

Perpetuo Cælos, nunquam, LAGE, Tartara lustras:
Vivus nempè illud, mortuus istud æges.

XII.

Infami retegens inscriptum stigmatē corpus;

Te, de signatis millibus, esse refers.

Es fateor, sed quanta tui distantia signi?

T illis frontem; II, tua terga, notat.

XIII.

DE BATIDE VENTROSO, AD ISSUM.

Cur BATIDI tanto tumuerunt illia monte?

Cum Zytho feces forsitan, ISSE, bibit.

XIV.

IN BATTUM.

Falsitatem cum mendacio confundentem;

Quod

Quod me sãpè negas, non te nego BATTE, Pòetam,
Quando mentiri & fingere, dicis idem.
XV.

DE BRITONE AD BLANDUM.

Dum centum tibi, mille dum salutes,
Millenis BRITO, poculis propinat;
Millenas tibi, BLANDE, sanitates.
Millenas, BRITO, sustulit salutes.
Ergo si melius cupis valere;
Illius nimias cave salutes.

XVI.

DE BRUTIONE Ignavo.

Litera divitias, quis crederet? abstulit una.
Cum declinat opus BRUTIO, perdit opes.

XVII.

EPITAPHIUM SCELERATO.

Pena Talionis.

Sit tibi terra levis, non possum dicere. Quare!
Hùic dum vixisses, nam grave pondus eras.

XVIII.

EPITAPHIUM Biboni.

Non lacrymis; vino tumulum perfunde, Viator!
Nunc etiam vinum pulvis, & urna fitit.

XIX.

EBRIUS è tumulo.

Integra vita mihi periit consumpta bibendo.
In tumulo quæris quid facio? Sitio.

XX.

Ejusdem ad Socios.

TESTAMENTUM

Si me plena mero Socii concluderit urna.
Parcarum falces nil moror, & morior.

XXI.

Aliud ejusdem.

Qui mihi Pannonicâ fodiet sub vite sepulchrum.
Ille mihi inferias, justaque Justa dabit.

XXII.

AD POMPILIANUM.

○

Do

De suis Carm'nibus.

Sæpè meam fugiunt meditata Poëmata mentem;
Utuntur pedibus, POMPILIANE, suis.
XXII.

DE BRITONE Avaro.

Manum te habere dicerem Magneticam.
Sed ista ferrum, tu, BRITO, nummos trahis,
XXIV.

DE HABANO Calvo.

Ad Crispum ex alieno capillatum.

Cæsariem calvo Medicus promittit HABANO.
Promissos crines, tu quoque CRISPF, foves.
Ergo pares estis; pariter, pariterque comati;
Promissas etenim nutrit uterque comas.
XXV.

IN CHRISTOPH, LINUM.

Non nego te doctum, non te nego, Line, disertum.
Es sanè doctus, LINE, per Antiphrasim.
XXVI.

AD AMICUM.

Cur non edo meos, incusas, sæpè libellos?
Persuadere mihi si cupis; ede tuos.
XXVII

AD IOANNEM RUSPICUM.

Pro iis quæ aliquando propter exprimendum
acumen scabrosè scribi debent.
Defensio ex argumento ad hominem.
Scabrosos toties reprehendis, RUSPICE, versus.
Quin potiùs tales qualis es ipse, proba
XXVIII.

IN MATTULUM sæpiùs illud usurpantem.

Quid mihi cum Phæbo.

Nil tibi cum Phæbo, nil Phæbo, MATTULE tecum.
At quo jure tamen fingere multa soles?
XXIX.

IN BLANCUM Parcum, taciturnum.

Dum peto Blance taces; saltem bona verba dedisses.
Si non das, saltem quod peto, BLANCE, nega.
XXX.

XXX.

IN RUFUM.

Auream, se habere barbam, jactantem.

Aurea barba tibi, caput, est pretiosius auro
 Vis me, RUFÉ, tibi credere? flamma probet.

XXXI.

AD CANDIDUM.

De MIRMILIONE ventroso.

A potiori denominatio.

CANDIDE, pars potior totum denominat. ergò
 Totus MIRMILIO, nil nisi venter erit.

XXXII.

IN ROLANUM.

Limpidorum Politorumque osorem.

Vitas flumina limpidosque fontes,
 Et quidquid speculo sereniore,
 Sudum perspicui vibrat metalli,
 Aut vitrum solido mari superbum.
 Quæ sit causa odii, fugæque tantæ,
 Noscet, qui faciem tuam videbit.

XXXIII.

AD CHRISTOPHORUM CLELIUM.

In eadem materia.

Cernens deformi pictum te, CLELIE, vultu,
 Pictoris vitium rebar, at ecce tuum est.

XXXIV.

AD MOMILIANUM Blefobalbus.

Si non vis blæsus, si non vis balbus haberi,
 Do tibi consilium, MOMILIANE, tace.

XXXV.

In quendam interpretem Pòetam.

Dum toties Græcos, toties dum veris Hetruscos;
 Vel nemo, vel tu versificator eris

XXXVI.

IN OLLUM AMUSUM.

Quid mihi cum citharis; molles procul este Camænz
 Non sunt hæc digitis stamina digna meis.
 Dixit; & ad Fabrum se noster contulit OLLUS
 Sunt, sunt, hæc digitis pondera digna suis.

Q 2

XXXVII.

XXXVII.

IN PONTICUM grande caput habentem.
Grande tibi caput est, Sapientia parva, quid istud?
Grandi in vagina, PONTICE. claudis acum.

XXXVIII.

AD BLANDULUM.

Sæpè genus jaetas Romanum, BLANDULE; credo;
Nam Romæ multos, legimus esse, Brutos.

XXXIX.

AD MERCURIANUM.

Beatius est magis dare, quàm accipere.

Accipere est, inquis, miserum; donare beatum;
Adsum, quod dicis MERCURIANE, proba.
Sed cum nil donans, toties tamen accipis ipse:
Ultrò te miserum, MERCURIANE facis.

XL.

AD GALLUM, ineptum Cantorem.

Credo terreri, gallo cantante, Leonem,
Quando tam raucùm vox tua, GALLE, sonat.

XLI.

AD HORBAM inurbanum.

Te turi nimium multis vixisse diebus,
ut reliqui taceant; moribus, HORBA, probas.

XLII.

AD AMICUM.

Chrisonis natalis.

Feliciani natus & Primi die.
Semper diei plenus est CHRISON suæ;
Suoque semper, consonans Horoscopo;
FELICIANUS semper & PRIMUS viget.

XLIII.

AD S. PAULUM, Primum Eremitam

Foliiis Palma vestitum.

Totum te Palmis vestiri, PAULE, necesse est;
Namque tui toto corpore, victor eras.

XLIV.

De eodem.

Victo-

Victori quondam, vestis Palmata, Latino,
Index ingenuæ nobilitatis erat.

Non ego palmatas voveo tibi, PAULE Lacernas,
Victori, emeritam Palma dat, ipsa, togam.

XLV.

AD PROMPTICUM SCIOLUM.

Turpe tibi, SCIOLI, dat vana Scientia nomen,
Plus te scire scio, PROMPTICE, quam sapere.

XLVI.

AD ALANUM.

Tres tantum Furias, quisquis numeravit, ALANE,
Uxor̄is genium nescit ille tuæ.

XLVII.

AD TETRICUM Convitiatorem.

Nova Etymologia.

Quando reus vitii, convitia, TETRICE, iactas
A vitio dictus, convitiator, eris.

XLVIII.

Ad AULUM in TURPILIANUM deformem.

Grammaticis, si Forma, Sophis quæ dicitur, esset,
Non posset dici, TURPILIANUS homo.

Non capis, Aule, fidem? rursus tibi suggero, non est.
Forma cui nulla est, TURPILLANUS, homo.

XLIX.

AD ALANUM, de RAULICO

rudis Medici Patiente.

Bis patiens, & bis æger dicatur, ALANE;

Nam patitur morbum, RAULICUS, & Medicum.

L.

In MIRMILIANUM mendacem de FUSCO.

Omnis homo mendax.

Omnis homo mendax, audivit, Fuscus, & inquit,
O quantum noster MIRMILIANUS, homo est.

LI.

IN OVENUM *Ex ejusdem Ep. 64. l. 2.*

Creditur esse liber vetitus quia, pulcher, OVENE,
Pulchrior inde tuus, creditur esse liber.

O 3

LII.

LII.

IN PONTICUM imberbem.

Ex mento imberbi, Phæbum te, PONTICE, jactas:
At Bacchus potiùs, ne videre, cave.

LIII.

AD PALINUM.

Nosce te ipsum.

Quis te nosse potest melius, PAULINE? Sapisti:
E speculo tantum cognitionis habes.

LIV.

AD CANDIDUM.

CANDIDE venaris lepores, sed prædia perdis.
Actæon canibus sic eris ipse, tuis.

LV.

AD PHILIPPUM DE BESSO.

Legatum novo modo.

Multa dabas Besso, moriens dat nil tibi BESSUS.
Erras: quod non das, nec dabis; hoc tibi dat.

LVI.

AD AUXUM Hæreticum Cytharistam

Una Fides.

Ore manuque canis, caneres tamen aptius, AUXE.
Si se tot fidibus jungeret, *Una Fides.*

LVII.

AD THOMAM RHODIUM.

Ni Salvatellam violento vulnere rumpas:
Vitæ Salvatellæ tela manere nequit.

LVIII.

Ad Amicum.

Munificæ Trium Regum die, ejus natali.

Ite leves elegi, festivi currite Plausus,
Quâ meus Empyreas, Melchior, urget opes.
Munificam sperate manum, Patrisque favorem;
Indubiamque spei consociate fidem.

Illâ nempe die sublimem attingitis aulam.

Quâ Reges puero, dona dedere Deo.
Baltassar Myrrham, Thus Caspar, Melchior Aurum.
O noster nobis Melchior, ut det idem.

LIX.

LIX.

De eadem die.

Dum sua lactenti Reges dant munera IESU.

Dicitur hæc tenera vix tetigisse manu.

Thus placet, & myrrha; at veſtrū mihi displicet au-
Et quaſcunq; mihi penditis, inquit, opes. (rum,Ah! cape dona Parens; nam quamvis non eget infans
In nos, munifica dividet, illa manu.

LX.

De Pullice & Culice, ex Græco.

AD STANISLAVM NONVM.

Pulicis & Culicis, quædam eſt concordia, NONE.

Ante ſuos morſus hic canit, ille ſalit.

LXI.

AD IOANNEM PERPETUANUM.

Cur divites ordinariè Parci.

Dis, dat divitibus proprio de nomine, nomen.

Dis rarus, Parciſ, PERPETUANE, caret.

LXII.

AD CANDIDUM

Cenſura.

De Troja, ab imperio pictore factâ.

Quid placuit, quæris, quam pinxit Pollio, Troja?

Digna fuit lacrymis, CANDIDE, digna rogo.

LXIII.

AD ROMANUM Tumidum.

Immenſum, Romane tumes tumidumque ſuperbis.

Morbus crede mihi eſt, non medicina tumor.

LXIV.

AD FAUSTULUM Nanum.

Es gruibus minor, at quovis eſ paſſere major.

Major eſ ipſo te, FAUSTULE, quantus homo eſ?

LXV.

AD RUFINVM, ineptum Grammaticum.

Sæpè caput, RUFINE, dolens, ſermone Latino.

Infanum, quereris te malè ferre caput.

Deſine jam tandem: malè fanis parce querelis,

Ne credam de te, quod tua verba ſonant.

O 4

LXVI.

LXVI.

De Surdo & muto, nutibus se alloquentibus.

ISTERON PROTERON.

Surdo aures, oculus; muto dat dextera linguam.
Iste manu loquitur, audit; iste oculis.

LXVII.

DE FUSCO venatore & NOLA nugatore.

Dum lepores, Fuscus, sequitur, dum Nola, lepores,
Ille miser collum fregit; at iste caput.

LXVIII.

AD LYCAMBEVM.

Jam, quod naso aliquis suspendi possit adunco,
Credo, dum nasum cerno, LYCAMBE, tuum.

LXIX.

IN PONTICUM capillatum, imberbem,
Calva tibi barba est, hirsutus, PONTICE, vertex,
Promissasque fovet frons caperata comas.

Non ego cunctantis miror dispendia barbæ.

Famineo capiti famina barba quadrat.

LXX.

De eodem.

Rade comas capitis, suspirans, PONTICE, barbam,
In caput expensas, non habet, illa, pilos.

LXXI.

AD COSMICVM.

Ingeniosus homo es: nemo te, COSMICE, dament,
Dum genio indulges, ingeniosus homo es.

LXXII.

AD CLITVM Divitem.

Omnia, pauperibus spondes, post fata daturum.

Te quoties terrent Aecus, atque Charon
Inde preces multæ; inde inopis suffragia vulgi.

Si non deliras. scis, CLITE, quid voveant.

LXXIII.

AD FAUSTUM Archipœtam.

De ejus jocis & salibus.

Crebra jocis misces alieni pocula vini.

Hinc te falsum, illos dicimus esse Sales.

LXXIV.

LXXIV.

AD AULUM Hæreticum

*Astronomica Observatio.**De Catholicorum Quadragesima & Paschate.*

Quam benè Catholicis, concordant Sidera Fastis;
 Nostraque cælitibus consonat, AULE, Fides,
 Cælestes, nobis sacrant jejunia, Pisces,
 Auspicium nostri Paschatis, Agnus erit.

LXXV.

DE ALANO Musico.

Altâ voce canit, quando promittit ALANUS.
 Bassâ quando negat, quando dat, Angelicâ.

LXXVI.

IN NANUM Superbum.

Improportionatus Homo.

Ingentes animos exili corpore claudis.
 Pygmæo mistus diceris esse Gigas.

LXXVII.

Ad ANOMIANUM Philosophum.

Alter Aristoteles, nostro jactaris ab ævo.
 Illius Eurippos, Anomiane, cave.

LXXVIII.

Ad BLONDUM Contentiosum.

Omnia Blonde negas, quidquid nos dicimus esse.
 Dicimus ergò nihil; hoc quoque Blonde, nega.

LXXIX.

In IOANNEM Vernicum.

Qui occiput calvum, Sincipitis crinibus abscondebat.
 Occipitis calvi, sterilem tibi, vernice, campum,
 Sinciput, & frontis deflua seta tegit.
 Sed quoties vento redeunt agitante capilli,
 Candicat evulsis, occiput absque comis:
 Hinc aliquem, Calvo, Crinitum, adstare putamus;
 Teque unum, toties, credimus, esse duos.
 Vernice, vis tandem simplex, unusque videri.
 Compar occipiti sinciput esse jube.

LXXX.

In eundem.

O 5

Fronte

Fronte capillata à tergo est occasio calva.

Illius vinum, vernice, symbolon, es.

LXXXI.

Ad LUCIUM Andrum.

De Lutheranis eorumque fide.

Extenuant, variant, tendunt, tenfamque remittunt.

Explorant toties: aure, manuque Fidem.

Non ego, Lutheri pullos, non dico fideles.

Appropriatè illis dicitur, Andre, Fides.

LXXXII.

In FAUSTINUM.

Barba tibi cana est, nigri, Faustine, capilli;

Hinc & barba senex est, juvenile caput.

LXXXIII.

In PAETUM.

Magnum te jactas, magnus vis, Paète, vocari.

Es fateor magnus, scilicet, Ardelio.

LXXXIV.

In grande caput habentem.

Sæpè Jovem, miràre, suo genuisse cerebro

Pallada; & affictum parturisse caput.

Cum tibi tam prægnans caput est, vastumq; cerebrū.

Hinc credo nasci bina Minerva potest.

LXXXV.

DE AULO ad Corbinianum.

Quo Græci casu caruerunt, non caret, Aulus.

Nempe Dativo Aulus, Corbiniane caret.

LXXXVI.

De RUFINO.

E bello rediens Rufinus, fallimur; inquit,

Heu! bellum, belli nil nisi, nomen habet.

LXXXVII.

Ad HIERONYMUM Landiunum.

De amico calculi dolore sublato.

Frustra conquereris, caro viduatus amico:

Durior ipse sibi, quàm Rhadamantus erat.

Illius infeream commovit Calculus urnam,

Hèu! quamvis fuerat candidus, ater erat.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

In BELLIDUM Póetam.

Vina tibi faciunt fæcundam, Bellide, venam.

Ebrius inde, minus sobria metra facis.

LXXXIX.

Ad TUSCUM Cachinnatorem.

Quarto modo proprium.

Est ridere hominis proprium; at proprium est quoq;

Ut sacra Iessei pagina vatis ait. (stulti;

Tu nimium ridens primum te, Tusce, fateris;

At ne posterius te fateare, cave.

XC.

Ad BELANDUM, de Marino.

Frustra indignaris stulto, Belande, Marino.

Non esses doctus, ni foret ille rudis.

XCI.

De quodam.

Qui sibi Surii agnomen frustra arrogabat.

AD BERTRANDVM.

Una sibi pulchrum corrumpit littera nomen.

Nam qui se Surium nominat, est Spurius.

XCII.

Censura Polonis Musici.

Ad Luc. Andrum.

Egregius totâ celebratur Musicus urbe,

Cur inquis, Polio, displicet, Andre, mihi?

Nempè suam fædat verbis mædacibus artem,

Dum toties menti dissonat, ipse suæ.

XCIII.

APOLOGIA pro CLEPTICO claudo.

Frustra te claudum, nostri scripsere Póetæ:

Falluntur, non es, Cleptice, quando sedes.

XCIV.

De ANACE & CLITONE.

Et genus & formam, Regina pecunia donat.

Hinc formosus Anax, hinc Clito nobilis est.

XCV.

De ANEMONE.

Bellus

Bellus Arithmeticus, bellus divisor, Anemo.
 Nam linqvit toties in Quotiente, nihil.
 XCVI.

De RUFO epulone.

Sæpè mihi Rufus sapientia fercula laudat :
 Sæpè, mihi, sapiens cæna paratur, ait.
 O Caput insipiens, sapidæ mala bellua Mensæ,
 Plus sapiunt, quam tu, fercula, Rufe, tua.

XCVII.

Ad VICTOREM AULUM, ignavum.
 Tam bene victoris generoso nomine gaudes,
 Quam bene palma tibi dicitur AULE, manus.

XCVIII.

Ad FRANCISCUM RINALDUM.

Hominem beneficentissimum.

Tres tantummodò Gratias recenset
 Mendacissimus ille, fictor ille.
 Dignus carmine, quod canit fileri,
 Irascor quoties, RINALDE, verso,
 Vestræ munera liberalitatis :
 Ac illum Furiis sacro trecentis.
 Tres tantummodo Gratias recenset ;
 Cum centum tibi gratias litare,
 Et centum meritas referre grates,
 Nostræ carmina debeant Gamæ.

XCIX.

Ad MOMUM.

Pro suis Epigrammatis.

Non sunt, crude, mei, quos carpis Mome libelli.
 Non mihi, Lectori, parce proinde meo.

C.

Ad PRISCUM PÔÉTAM inopem.
 Pauper es, heu paucos ditarunt, Prisce, Pôétas.
 Nam pedibus constant carmina, non manibus.

ALBERTI INES

è Societate Iesu

ACROAMATUM EPIGRAMMATICORUM CENTURIA III.

Epigramma I.


NOBILES MUSICI.

*Ad Brunonem Mennium Musicum sub tempus
interregni.*

Quos modò Cantores numerat tua Musica Menni?

Qui modò  voce, manuq; canut?

Quod si nec vatum solido acret omine votum.

Hoc primum voveo, sis Cafi 

1. Fami Re. *id est*, Fac me Regem.
2. Cafimire Mi re, *id est*, Cafimire meus Rex,
seu, Mihi Rex.

II.

Ad JUSTINIANUM NARNICUM.

Libri cujusdam Censura.

Qui laudat cunctos, qui damnat, Narnice, nullum,
Non est hic liber, Justiniane liber.

III.

In ROMULUM FRATRICIDAM.

Non ego te miror mores haulisse lupinos;
Si lupa fit nutrix, cti lupa mater erat.
Nam si Matrissant nati, natæque Patrissant;
Nutrix & Mater te facit esse, lupum,

IV.

IV.

De Medicis.

Ex Græco.

Hoc faciunt Medici, quod fecerat ille Poëta.
Qui gemmas ait, è stercore colligimus.

V.

Ad AMICUM POETAM ANTHITETHON.

Tristia, læte, canens, tristes solaris amicos,
Nam bene qui cantat tristia, læta facit.

VI.

De VOLANO cæco.

Pulvis & umbra fumus.

Orbatus gemino tenebrôsæ Castore frontis,
An non tu merito dixeris; umbra fumus?

VII.

Ad MENNIUM.

Zelosum Ecclesiasten.

O quam te Sanctum possumus dicere, MENNI?
Si foret ars eadem dicere, quæ facere.

VIII.

Ad PONTICUM POETAM.

Te quoties viso, recitas mihi carmina mille,
Carmina culta quidem, Pontice, multa tamen.
Sic pedibus lassis oculi, lassantur & aures,
Ad te, da veniam, Pontice, non veniam.

IX.

De DRANCE.

AD AULUM.

Præsentis Drances ignorat temporis usum;
Do nunquam dicit, semper at, Aule, dabo,

X.

Ad CONDILUM.

Pota tibi toties me dicati vina Liæi;
Pota, Epidauris, unda recocta, focis.
Nec tamen usque vales: valeas ut Condile tandem
Sola tibi restat lympha bibenda stygis.

XI.

Ad NERVINIANUM.

Sæpe

Sæpe mihi, clauso, veniunt Epigrammata, libro:
Nempè minus scribi, Nerviniane, timent.

XII.

Ad AULUM imberbem.

De Podio calvo, ex alieno capillato.

Calvitiam capitis, paupertatemque comarum,
Emptis dissimulat, Podius, Aule, comis
O si tanta tui fierent compendia menti,
Quæis tua non hircis æmula barba foret?

XIII.

IN BRENNUM.

Iactabundum Poëtam.

Te vatem jactas, & nos te credimus esse.
Quod vates faciunt, tu quoque Brenne, furis.

XIV.

Ad VOLANVM Pertinacem.

Cum tibi tam durum caput est, durumq; cerebrum,
Sæpè negas Homines Deucalione satos.
Sæpè ais, è saxis homines non esse creatos:
Ah! saltem capiti crede, Volane, tuo.

XV.

IN RUFUM.

Et caput, & mentum flavo tibi non caret auro.
Auro sola tibi, RUFÈ, crumena caret.

XVI.

DE PLANCO.

Cæteris paribus.

Non est laus magni capitis, quodd diceris esse:
Effet, PLANCE, forent cætera si paria.

XVII.

Ad PRISCUM MACRONIANUM, CLAUDUM.

Non te Pentametrum non possum dicere, quare?

Curris inæquali, Macroniane, pede
Hinc & succiduo cæsuras calce frequentas,
Hinc labat in plano destua planta solo.

Hæc dum canto, furis; pedibusque irasceris ipsis.
Et toties vetulas, consulis, ac medicos.

Non

Non opus est medico, Licetorem consule Priscæ,
Alterutrum tendat, vel secet ille pedem.

XVIII.

Ad BELANDUM edentulum.

Commiseratio.

Rodis in offensam, conductis dentibus, offam,
Ah! saltem pretio parce, BELANDE; tuo.

XIX.

Ad AMICUM.

Immature fato moriturum.

CONSOLATIO.

Non est cur meruas, juvenilis, spicula mortis:
Si quod fata negant, dent tua facta, tibi.
Nec matura minus lachrymas tibi concitet ætas:
Ille diu vixit, qui benè vixit; abi.

XX.

Ad SERUM convivam.

Excusatio.

Sera Palatinis conjungis, prædia, cænis;
Hinc malo canas, prædia nolo tua.

XXI.

Ad Pœtam.

Non jacet in molli veneranda scientia lecto,
Tu tamen in lecto carmina mille facis.
Hinc tibi nocturnæ veniunt ad carmina Lunæ;
Et pro fulgenti pallida Fratre soror.
Sic pro sublimi Parnasso lectus habetur,
Pro Phæbo Morphæus, pro ratione sopor.

XXII.

Ad CLITUM obtrectatorem.

Me simis, CLITE, versibus lacessis,
Nasutum, CLITE, non fapis Pœtam:

XXIII.

IN VARRUM BIBONEM.

Erectio.

Dum tam multa bibis, vacuas dum pocula mille,
Credo Horoscopus est Amphora, Varre, tibi.

XXIV.

XXIV.

Ad BLANCUM de BADENIS.

Nil mihi cum Thermis, thermas mihi Blance cami-
Badenasque mihi quælibet unda facit. (nus.

XXV.

In TEUTRICUM.

Teutrice stultus homo es; non possum dicere quare.
Hoc tantum possum dicere, stultus homo es.

XXVI.

Ad ANEMONEM de BÆTICO.

Multarum sectarum homo.

Calvini toties, toties documenta Lutheri
Approbat & Zvvinglus, quidquid & Hussus ait.
Nunc quod Sacrilegi calamus blasphematur Arii.
Nunc quod Picardus, Mennaque dogma tenet.
Quovis mense Fides dubio mutatur, Anemo.
Vis dicam quid sit Bæticus, est Fidicen.

XXVII.

Ad CLITUM.

Fides sine bonis operibus, mortua.

Me miserū! quamvis credas; mihi sed, Clite, nil das.
Crede mihi non est hæc, Clite, viva Fides.

XXVIII.

Ad PLANCUM AMUSUM.

Nil tibi Plance sapit, non culti pagina Flacci,
Non sapit Arpinas, non sapit ipse Maro.
Carmina non sapiunt, nec quisquam è Mille Pœtis.
Sola tibi sapiunt fercula, Plance; Sapis.

XXIX.

Ad CALVUM.

Non tibi sit probro glabræ Calvaria frontis,
Hoc vereâre; glabrum, ne sit & ingenium.

XXX.

Ad JULIUM CORNERIUM.

Pœtam.

Vino Hyppocrenem, Cyrrhæaque flumina supple.
Jam scio carmina me cur meliora facis.

P

XXXI.

XXXI.

De AMORE & FURORE.

Perpetuo amentes, miseri torquentur amantes;
 Et nihil à nimio distat Amore, Furor.
 Orbis uterque oculis, proprio se funerat ignis,
 Admotasque sibi sentit uterque faces.
 Aptet utrique oculos Ratio, cæcosque gubernet:
 Sic oculus Amor, sic Furor, Argus erit.

XXXII.

Ad COSMICUM.

De Batto bibone.

Vitibus assuetus, vitium quoque Battus, abundat.
 Sic potæ vites, Cosmice, dant vitia.

XXXIII.

Ad BENEDICTUM Pulchrum.

nomine non re.

Infamas proprio Sacrum cognomine nomen,
 Et Bene-te-dictum plurima turba negat.
 Nam tibi distorto proclivis nasus ab ore,
 Infamemque striat devia ruga cutem.
 Tantum te is poterit Benedictum dicere Pulchrum,
 Cui natura oculos abstulit atque caput.

XXXIV.

Ad HORNUM.

De Spectabili & Venerabili Attalo.

Est Spectabilis & Venerabilis, Attalus, Horne.
 Hinc duplicis tituli, duplici bile tumet.

XXXV.

Ad PœÉTAM.

Turpium carminum scriptorem.

Fæda tibi exussit Vulcanus carmina: luce,
 Scilicet haud alia digna fuere magis.
 O si cum domino flammâ correptus eadem
 Arsisset! poterat faustior esse liber.

XXXVI.

Secretum Politicum.

Quisquis honoratos sceptri mercaris Amores.
 Ne timeare, times; ne caveare, cave.

XXXVII

XXXVII.

ALIUD, STRATEGICUM.

Si tibi sunt animo prætiosi Martis Honores,
Ne fugias, fugias, nevé fugère, fuge.

XXXVIII.

Ad BASSULUM.

Mirabar dici dentatam, Bassule, linguam
Jam modò non miror; cur? tua lingua facit.

XXXIX.

Idem ad AMICUM.

De OLLO edentulo.

Mordacem, evulsis, linguam, pro dentibus, Ollum
Dicis habere: fidem do tibi: jam didici.

XL.

Ad MARCUM MAXIMILANUM.

HOMINEM MUNIFICENTISSIMUM.

Quam bene cognati mensuram nominis imples,
Dum crebrum munus, dat tua, Marce, manus.
Sic quod pendis habes; & quod largiris amico;
Ipse tuâ retines, Maximilane, manu.

XLI.

In quendam ITALUM obstinatum.

Immeritò testæ, capiti das, Itale, nomen.
Non est Testa tuum, sed mala Petra, caput.

XLII.

Caput Bonæ Spei.

In Tarandam.

Quicquid beatum, quicquid æquatum Diis
Nafonianæ pollicentur fabulæ
Sublime quicquid, splendidumque ditior
Fortuna spondet; purpuram, fasces, mitras,
Et quicquid olim garrulæ vovent anus;
Taranda noster sperat: ac immanibus
Lassata votis Numina, in præces vocans,
Nulli Tarandam non parem jactat spei.

Frustra Charybdes navigemus Indicas,
Et Mexicani brevia Promontorii.
Præber Taranda, sat *Bona spei* caput.

XLIII.

De ROMULIANO NASUTO.

Ortum te dicet prisca de gente Nasonum,
Qui cernet nasum, Romuliane, tuum.

XLIV.

De ORTULO indocto.

Ad Amicum.

Credo, quod nullus foliis tot stipes abundet,
In foliis scriptis, quod sua cista libris.
Est tamen, est stipes, truncus tamen, Ortulus audit.
Est truncus, foliis non tamen ille caret.

XLV.

Ad quendam.

Promissis liberalem, non datis.

Das mihi promissis, promissa ingentia Metris,
Parva mea est, fateor, gratia, nulla tua.

XLVI.

De JUSTINIANO Posthumo.

Immaturè mortuo.

Nestoreo dignus senio; Piliique senectâ:
Ante tuam raperis, Justiniane, diem.
Viderant, & motâ justissimus Æacus urnâ
Jussit subtractos, reddere Fata dies:
Sic tibi nent rursus redeuntia stamina Parca,
Sic tua, Posthume, post funera, vivis adhuc.

XLVII.

Ad IGNATIUM Valentem.

Dum toties medicos, roties dum pharmaca poscis;
Nonne per antiphrasin diceris, esse Valens.

XLVIII.

Ad eundem.

Nomine nescio quo possim te dicere: quare?
Decumbis toties æger, anonymus es.

XLIX.

XLIX.

JACOBI baculus, Instrumentum Mathematicum.

De non Mathematico Olli Domino.

Jacobi baculo toties dum vapulat, Ollus,
Non est mensuræ nescius, ipse suæ.

L.

Ad DOMINICUM Candidum.

Auctorem *Imperfecti operis*, si Candide, laudas;
Non potero laudes, non meruisse tuas.

LI.

De quodam malæ uxoris marito.

Nubendo, infaustum traxisti à nubibus omen:
Indè tibi toties grandinat, indè tonat.

LII.

In MOMUM.

Dente Lycambeo rodens mea scripta; poliri
Aspera quod soleat pagina, dente, sciat.
Sic frustra es lacerans aliena volumina, Mome;
Dentibus hæc fient lucidiora tuis.

LIII.

In ALDUM Musicum Maledicum.

Voce canis, mordesque simul; sic duplici sensu,
Verbum unum de te dicitur, Alde, canis.

LIV.

Ad quandam.

Plus nimio crassam, nutris pinguemque Minervam;
Hinc es mentis inops, ingeniique macer.

LV.

De BAUCIDE Caufidico,

Orator dici mavult quàm Baucis, Arator.
Anni proventus plus sra lingua facit.

LVI.

De PARDULO Critico.

Nullus non Criticus, tibi Pardule, volvitur Annus.
Supremam tandem, Pardule, solve Crisim.

LVII.

Ad JOANNEM Bravum.

Multa tibi densas constipant horrea fruges:
 Quis te Frugi hominem, Brave, negare potest.

LVIII.

De discordiis Maritalibus.

Cur tam crebra movent discordes bella mariti?
 In cælo Marti, nempe propinqua Venus.

LIX.

Ad LINUM bibonem.

Vita tibi fit longa cupis, Line, pocula vita.
 Si bibere est animus plurima; pauca bibe.

LX.

De NOMILIANO.

Omnes peregrinamur à Domino, & Homo
 Viator.

Dum toties Gallos, Romanos visit & Anglos.
 Et quidquid Ligeris, Rhenus, & Alba lavat.
 Nemo peregrinus dicitur, nemo Viator
 Verius: hinc tantum est, Nomilianus, homo.

LXI.

In LÆTUM Hæreticum.

Lætum te dici scis quæ sit, Læte, figura.
 Nam quod te monstrum tristius, Orcus habet?

LXII.

Ad FUSCUM.

Novum Magni capitis vocabulum.
 Quod gravat ingenti depressum pondere collum
 Non est, Fusce, caput, sed Capitolium.

LXIII.

Ad CLITUM barbarum imberbem.
 Unus apex obstat barbatus ne, Clite, fias.
 Nam pro barbato jam male barbarus es.

LXIV.

Ad LONGINIANUM.

Apologia pro pinguis.

Laudatur pinguis vitulus, laudatur & anser.
 Solus homo placeat, Longiniane, macer?

LXV.

Blandus animum

Amoribus

Amoris de

Hæc illam

In LÆT

Omnia permit

Promissu

tibi, vis, crea

Ad B

hiorum comites,

Non tu Blande Co

Ad PO

Perpetuum fronte

Non tu fronte

In JURISPE

Omnia decoxi, Le

Vix modico cæc

Sæpè fœcos visit, fu

Post Decoctorem

Ad HA

Nutibus alloquitur

In manibus ling

De SARP

Sæpè salutarum, o

Videam quis fi

In LA

Impia, Lætes pro

Nullus non aliam

LXV.

Ad ARANUM.

De Marino Adulatore.

Blandus adulator, subtilis palpo, Marinus,
 Auribus assiduos nectit, Arane, dolos.
 Auribus ille lupum tenuisset, & auribus Hydram.
 Hinc illum meritò dicimus, *aurificem*.

LXVI.

In LÆLAPUM.

Omnia promittentem, præstantem nihil.

Promittis toties, nunquam promissa daturus.
 Ut tibi, vis, credam? pollicèare nihil.

LXVII.

Ad BLANDUM.

Majorum comites, Comites si dicimus esse
 Non tu Blande Comes diceris, & tamen es.

LXVIII.

Ad PONTICUM Calvum.

Perpetuam frontem de plumi vertice præfers.
 Non tu fronte cares, Pontice, sed capite.

LXIX.

In JURISPERITUM DECOCTOREM.

Omnia decoxit, Legum Jurisque peritus.
 Vix modico cœterum jure, legumen habet.
 Sæpè focos visit, fumantes sæpè culinas.
 Post Decoctorem fors cupit esse cocus.

LXX.

Ad HAUNUM de Nortmaniano.

Nutibus alloquitur, respondet Nutibus, Haune
 In manibus linguam, Nortmanianus, habet.

LXXI.

De SARPEDONE ad Amicum.

Sæpè salutatum, dites accedit amicos.
 Vis dicam quis sit Sarpedon? est medicus.

LXXII.

In LASCIVOS Pœtas.

Impia, Lascivos protrudunt, sæcula, vates.
 Nullus non aliam Daphnidâ, Phæbus amat.

Heu pro Virginibus, pellex est Thracia, Musis.
 Bacchus agit Phæbum, Calliopenque Venus,
 Casta iuvant Musas, castis date casta Pœtæ:
 Reddite Castaliis nomen & omen aquis.

LXXIII.

Ad BAUCUM Superbum.

Bauce tuam mentem, sublimem dicere montem;
 Debeo. Cur? Socios despicias inde tuos.

LXXIV.

Ad CAROL. Granum.

A nobis missam, contemnis, Grane, salutem.
 Non tibi, Grane, placet ficca, sed uda salus.

LXXV.

De BATTO Grassatore.

Batte diu stertis, post lassæ insomnia noctis.
 Non es tu nostras, Batte, sed Antipoda.

LXXVI.

Ad AMBROSIUM Angelum.

Vir sui nominis.

Et si nescirem, isto te cognomine dici,
 Illud spontè tibi, pagina nostra daret.
 Exprimis Angelico Sacrum cognomen in ore:
 Angelus à nobis diceris, Angelus es.

LXXVII.

De DIVITE Parco.

Est pluralis amans, numeri, est Ofor specialis,
 Cogere nam scit opes, sed dare nescit opem.

LXXVIII.

In PLANCUM Calvinistam.

Qui Catholicam uxorem, Hæreticam fecit.

Illò crude tuam duxisti, Plance, maritam,
 Orpheus Eurydicen, duxerat unde suam.
 Trahit utramque Fides. Fidicen, sed pessimus ipse es.
 Namque tua; infernum duxit ad usque fides.

LXXIX.

De PRINO.

Promissi Prino crines; promissaque barba
 Ergo forsan adhuc; Prinus; utroque caret.

LXXX.

LXXX.

Ad PONTICUM.

De Bulbone decoctore.

Unâ Cambletes uxorem nocte voravit.

Non credit, sed idem, Pontice, Bulbo, facit.

LXXXI.

De GITONE.

Inepto Latinitatis depravatore.

Quando fame premeris, famosum te, Gito, dicis.

Infamis meritò diceris ergo Satur.

LXXXII.

In BAUCUM.

Bauce sapis, dum te modicum sapere ipse fateris.

Sic jam scis aliquid, Bauce, sciendo nihil.

LXXXIII.

De MILONE edentulo.

Ad LYCAM Dentatum.

Nunquam dolorem dentium patitur Milo.

Huic te vovebo, si placet, Sorti, Lyca.

LXXXIV.

Ad RUFINUM de Gazone.

Dum peto, Gazo tacet; poterit Rufine, negare.

Hoc quoque non parvi muneris instar, erit.

Nam cum sollicitè toties sua dona reposcit;

Totum pænè domi, quod negat ille, habeo.

LXXXV.

De THOMA MORO.

Jaèturam veterum faciens, Britania, Morum

Debuit infontem contumulare Morum.

LXXXVI.

In FESTUM. Occiput calvum habentem.

JANUS BIFRONS.

Quis te non possit Bifrontem dicere Janum?

A tergo frons est altera. Feste, tibi.

P 5

LXXXVII.

LXXXVII.

Ad MACROBIANUM Satyricum
TAURUS PHALARIDIS.Indignaris, odis, succenses, corripis, urges.
Te voveo libris, Macrobiane, tuis.

LXXXVIII.

Ad BRITONEM.

Non incedere, sed cupis volare.

Da te, præcipitem, Brito, volabis.

LXXXIX.

Ad MARCUM Antipam.

Marchionis Columnæ clientem.

Non tibi, Marce, domo timor est habitare labanti;
Quando tuam fulcit viva Columna domum.

XC.

Ad PRISCUM. De suis Carminibus.

Nobilitas nostros dum carpis, Prisce, corymbos.
Denteque rosa tuo, sunt mea metra, rosa.

XCI.

Ad PONTICUM Calvium.

Augustæ es frontis: nec justè diceris effrons.

Quantumcunque tibi, Pontice, frons, caput est.

XCII.

Ad V. BEATISSIMAM.

Si mihi Virgo faves, si vatis vota secundas.

Gratia non faveat de tribus ulla mihi.

XCIII.

De OLLO Mendace.

Non nos Hæretici, quoties discredimus Ollo.

Catholicam potius non habet ille fidem.

XCIV.

Ad ROBERTUM BAVILLUM.

Rara placent passim, laudantur rara, Bavilli,

Cur tua laudatur, barba placetque minus?

XCV. Ad

XCIV.

Ad ARANUM.

De MYRONE Milite.

DUM fugit ex acie, frustra culpatur, Arane.
Parthorum pugnat more, modoque Myron.

XCVI.

Ad LAUDATOREM.

Non volo te totum, quis nobis diceris, ac es.
Sapè es laudator, sis aliquando, dator.

XCVII.

Ad CANDIDUM Lectorem.

Pro suis Carminibus.

Sunt innocentes, & verecundi Sales.
Ne Lector illis, Persicum misce piper.

XCVIII.

De iisdem Exomologesis,

Ad ATTALUM.

Nescio quos pupugi, pupugi tamen, Attale quosdam
Indignante animo, qui leget ista, sciam.

XCIX.

De CRITICIS.

Tam Criticos multos, quam paucos sæcula, Justos
Nostra ferunt. Justus, Lipsius, unus erat.

C.

Ad MOMUM.

Scripssisse me nil singulare jactitas.
Singula lege, & erunt, Mome, singularia.



ALBERTI INES
 è Societate Jesu
 ACROAMATUM
 EPIGRAMMATICORUM
 CENTURIA IV.

CLASSIS PRIMA.

Dei Matri Virgini Inauكتورata.

MARIA VIRGO BEATISSIMA,
 DEI MATER, & NOSTRA.

Axioma Philosophicum.

Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem
 inter se.

Argumentum ad Hominem DEUM.

Epigramma I.

Mater Virgo mea est : Deus, inquit, & est mea
 Mater

Ergo Deus, posthâc tu mihi frater eris.

Frater ero, dixit: dictis subdo; ergo necesse est,

Ut sim Numen ego, vel Deus ut sit Homo.

Risit & ætheretum depromens verba per axem,

Matre hâc ne caream, sim Deus, inquit, Homo.

II.

In BEATISSIMAM, pârulum JESUM lactantem.

Ubere Virgo foves, qui mundi dicitur *Uber*.

Ergo nostri post uberis *uber* eris.

III. VIR-

III.

VIRGO BEATISSIMA ROSA & LILIUM.

Iuncta Rosis quoties nituerunt Lilia, Virgo;

Orta meo, toties lis pia, corde, fuit.

Lilia Virginei poscebant Stemmata cordis.

Et Rosa purpurei Stemma pudoris erat.

Si te dico Rosam; candentia Lilia pallent:

Lilia si dico te, erubuere, Rosæ.

Ut tamen hæ rubeant, niteantque animosius illa;

Te dicam Castis, Lilia mista, Rosis.

IV.

Ad VIRGINEM Circumdantem Virum.

Meliora sunt Ubera tua Vino, &c.

Ubera tua Botri, &c.

Est tibi LAC VINUM, tua sunt, BOTRUS, UBERA,

Virgo;

Cur? non infans, sed VIR tibi Sponsus erat,

Absque Macula Originali Conceptæ VIRGINI

DEI MATRI.

Ob Compressum Draconem.

INSCRIPTIO PRIMA.

Hæc itur ad astra.

V.

Cum Sacra Tartareo vestigia, Virgo, Draconi

Imprimit, & Domino Tartara calce domat.

Ite quibus patrium mens est invadere cælum,

Quæ vocat, innocuo, semita trita, pede.

Ite per obstantis fatalia membra Draconis;

Ite per oppressæ, terga, coputque, stygis.

Quæ vos Virgineæ ducunt vestigia plantæ

Hæc hæc, mortales ITVR ad ASTRA Viâ.

INSCRIPTIO SECUNDA.

Contemptu vincitur Hostis.

VI.

Cur tua, Virgo, ferum, conculcat planta Draconem?

Cur premit infereæ turpia membra Stygis?

Scilicet innocuis devincere Tartara dextris

Dedignata, tui pondere calce premis.

Quis-

Quisquis es, infero qui conjurata Draconi,
 Cælo conscriptis. Viribus, arma moves.
 Cùm nova Virginei spectas monumenta triumphî.
 In nova bellacem prælia stringe pedem.
 Quam benè Tartareus *contemptu vincitur hostis*,
 Qui cupis ergo trucem vincere, sperne styga.

INSCRIPTIO TERTIA.

FUNDAMENTA ejus in montibus.

VII.

Fundamenta tibi summis in montibus esse,
 Narrat Jesso pagina scripta stylo.
 Hinc homines inter celsissima Virgo vocaris,
 Diceris hinc alto celsior esse polo,
 At cùm Tartareum conculcas, Virgo, Draconem,
 Cerbereique anguis colla superba premis;
 Hinc etiam poteris celsissima Virgo vocari,
 Quæ modò per tumidam surgis in astra stygem.

INSCRIPTIO QUARTA.

Quantum pondus habet?

VIII.

Dum premis, invictò fatalia Tartara passu,
 Oppressumque tuo calce draconta gravas.
 Ille gemit, putidumque putri vomit ore cruorem,
 Succumbitque tuo, maxima Virgo, pedi,
 Crediderim Getici depressus pondere Pindi,
 Staret, & erectis isset ad astra jubis.
 At Sacra tam tumidos reprimunt vestigia fastus.
 Quam grave Virgineus, pes quoq; pondus habet?

INSCRIPTIO QUINTA.

Patent cœli opes.

IX.

Quando venenatum stravit Medea draconem,
 Phryxæ rapuit vellera, Jason, ovis.
 Et per sopiti gradiens fera tergora monstri,
 Colchorum veteres exspoliavit opes.

O qui

EPGRAMMA
 O qua fide re...
 AGNI, cuius que
 Ecce reman...
 Cædis...
 INSCRIP
 Quæ...
 Qui amio veteres...
 Jesso in teneris...
 Arum Tartareum...
 Cur non in teneram...
 Cur, fera Cerberu...
 Contritum stygo...
 Si foret ingeniu...
 Fecisset credo, te
 INSCRIP
 Concluso, serp...
 Hic ubi de virici...
 Auro disjuncta
 Dicitur Hesperid...
 Per vigil in som...
 Tu quoque Concl...
 Quem fovet am...
 Hinc tibi Cerbere...
 Adhærent, tu
 HORTU...
 M...
 DEI M...
 Venis flori...
 Pla...
 Hic ubi Naxos v...
 Virgineoque vici...

O qui fide rei vellus suspirat ad AGNI,
 AGNI, cœlestes, qui pede puiffat agros.
 Ecce venenatum compreflit Virgo Draconem,
 Cœlestes avidi diripiamus opes.

INSCRIPTIO SEXTA.

Quidquid calcaverit, id Rosa fiat.

X.

Quod tumido veteres tangebant calce Dynastiæ,
 Debuit in teneras degenerasse Rosas.
 At cùm Tartareum conculcas, Virgo, Draconem,
 Cur non in teneram, transit & ille, Rosam?
 Cur, fera Cerberei spirans aconita profundi,
 Contritum stygio fuscitat igne caput?
 Si foret ingenuæ tibi quidquam Tartare frontis,
 Feciffet credo, te pudor ipse Rosam.

INSCRIPTIO SEPTIMA.

Concluso, serpens vigil accubat, Horto.

XI.

Hic ubi de viridi pendentia poma Smaragdo,
 Auro dispunctas explicuere comas,
 Dicitur Hesperidum, pretiosis stratus in Hortis,
 Pervigil in somni luce cubare Draco.
 Tu quoque Conclusus, mea Virgo, diceris Hortus,
 Quem fovet ambrosiis, aura polusque favis.
 Hinc tibi Cerbereum resupinâ mole Draconem
 Adsternunt, tituli conscia fata tui.

HORTUS CONCLUSUS

M A R I A.

DEI MATER, & VIRGO.

Vernis floridorum Epigrammatum
 Plausibus confitus.

Hortus Conclusus Soror mea Sponsa.

XII.

Hic ubi Nazareas vivax lavat unda plateas;
 Virgineoque avidam, rore, maritat humum.

Hortus

Hortus erat, teneris diffusus in aëra ramis,
 Quem Deus innocua clauferat ipse fera.
 Illum vernanti cingebat mista Cupresso
 Cedrus, & umbriferis Palma beata comis.
 Frondea cum Platanis stipabant mænia vites;
 Et consanguineis Balsama mista Rosis.
 Cinnama odoratas nectebant floribus umbras;
 Velabatque humiles, mitis Oliva, botros.
 Hortus erat *Virgo*: *Virgo* pulcherrimus hortus,
 Virgo Cedrus erat, cum Platanoque Rosa.
 Nunc illam, canæ, velabat ramus, Olivæ,
 Nunc fuit in foliis tecta, Cupresse, tuis.
 Nunc Terebinthus erat, passis spatiosa capillis,
 Nunc decussatis frondea Palma comis,
 Sed si forte fidem dubio discrimine libras.
 En patet, en titulis accinit ipsa suis.

Quasi Cedrus exaltata sum in Libano.

Eccl. 24.

Plausus I.

XIII.

Si bona Sollicitus conscripsit carmina vates;
 Digna perennanti dicimus esse Cedro.
 Ite procul Cedri, Cedro si digna locus
 Metra ferar: Virgo, tu mihi Cedrus eris.

Plausus II.

XIV.

Nulla Cedrum caries corrumpit; nulla Marianæ
 Labes; hinc Cedrus jure vocanda fuit.

Plausus III.

XV.

Inscripta Cedro (fama si verax canit)
 Æternitatem pollicentur carmina.
 Valete Cedri; Cedrus est, Virgo, mihi.
 Securus illi metra commendo mea.

Plau-

Plausus IV.

XVI.

Digna legi, Cedris inscribi verba iubentur.
Verbum Christus erat, Libana, Virgo, Cedrus.

Quasi Cypressus in monte Sion. Eccl. 24.

Plausus V.

XVII.

Quisquis funereos Cyparissum vertit ad usus.

Dignus erat taxo squalidiorē tegi.

Cum Cyparissus erit devexi, Virgo, Sionis

Victorum potior dos, Cyparissus erit.

Vel si letales ferri dignaris ad urnas,

O moriar! Virgo. sic quoque victor ero.

Plausus VI.

Ex occasione temporis Quadragesimalis, in quod tunc festivitas ab Angelo Salutata Virginis inciderat.

XVIII.

Cum tibi pullati solvuntur, Christe, dolores,

Cupressum genitrix se canit esse tua.

Ergo Sepulchrali postquam conderis in urna;

Ne Cupressum aliam postcito, Mater erit.

Plausus VII.

XIX.

Ite Croci, Violæ, Myrti, Laurive, Rosæve,

Quorum non avidus nemo Poëta fuit.

Hanc mihi Cupressum morituro apponite, vates.

Nam benè nemo potest, hac sine fronde mori.

Quasi Palma exaltata sum in Cades. Eccl. 24.

Plausus VIII.

XX.

Hic ubi sub viridi fulgent Palmeta sereno;

Palma verecundis repit ad astra comis.

Virgo, Palma fuit, viridi prælustis obryzo.

Quam vestit refluis Sylva beata comis.

O! si nunc etiam victorum Palma, coronas

Nescit, vel nunquam vel modò victor ero.

Q

Plau-

Plautus IX.

XXI.

Cum tibi constanti faveat victoria passu,
 Et semper victrix vincere Virgo soles.
 Quidni Palma tibi speciosum nomen inumbret?
 Nixa triumphali Palma sub astra tholo.
 Nulla capax necti poterat tibi, Virgo, corona
 Ni fertum ipsa tibi, totaque Palma fores.
Quasi Plantatio Rosa in Hierycho. Eccl. 24.

Plautus X.

Philosophi de Rosa Votum.

XXII.

Cum te Virgo Rosam Tyrli comitantur odores;
 O! mea, sim totus tum, Rosa, nasus ego!
 Mox tibi purpurei tinxerunt ora colores;
 O! mea, sim totus tum, Rosa, lumen ego!
 Ast ubi te sacri *Sertum* junxere Favores;
 O mea! sim totus tuhc ego, *Virgo*, caput?
 Cinge caput Virgo, libertatemque comarum
 Virgineæ, tandem stringito lege, Rosæ.
 Cinge meum, mea Virgo caput, *caput* est mihi Chri-
 Non poteris non hoc cingere velle caput. (stus,

Plautus XI.

XXIII.

An non ergo Rosam merito te, Virgo, canemus,
 Cui facer innocuas stat pudor ante genas?

Plautus XII.

XXIV.

An non jure Rosam, mea te Regina, vocemus?
 Cui Nati, melior purpura, Sanguis erat.

Quasi Oliva speciosa in Campis. Eccl. 24.

Plautus XIII.

XXV.

Ignem maritatum, tandem credemus Olivam,
 In Bizantino fatificasse solo:
 Cum tibi odoriferum Campestris Nomen Oliva,
 Virgo

EPICRAMATUM

Virgo det, mea uno
 que maritum meo
 Coepsum, cum am De

An non collum Virgo,
 Que meo meo nunc

Positum, humanis
 O! que e querus, p

Cum meo Virgineo vir
 Amplus armatum non

Flau

Virgit docta Campe
 Charite Minerva m

Pl

Adnutat castre, det
 Charite Minerva

Quasi Platamus

plata

Fla

Hic ubi se vitreis at

Diffuso Platamus

At magis torrentes

Temperat & laxis

te non Virgo mihi

nam mihi Solem

Pla

Hanc qua barbaridum
 Et foeta queruli M
 Hanc ego Dulmos, P
 Daphne istam volu

Virgo det , inque utero sit Deus ipse tuo.
 Igne maritatam meritò te dicimus esse,
Consumens, olim, nam Deus, ignis erat.

Plausus XIV.

XXVI.

An non te nostram , Virgo, dicamus Olivam?

Quæ æternæ nobis nuntia Pacis eras?

Pone fatigatos , humanis cædibus enses

O! Deus! è que tua, projice tela, manu.

Cui modo Virginæ ver consecramus Olivæ,

Amplius armatam non decet esse manum.

Plausus XV.

XXVII.

Affurgit doctæ Campestris Oliva Minervæ;

Christe Minerva mea, hæc surgit Oliva, tibi,

Plausus XVI.

XXVIII.

Adnutat castæ , dotalis Oliva , Minervæ.

Christe Minerva mea, hæc nutat Oliva tibi.

*Quasi Platanus exaltata sum juxta aquas in
 plateis. Eccl. 24.*

Plausus XVII.

XXIX.

Hic ubi se vitreis affantur flumina labris;

Diffuso Platanus, Sidera, crine subit.

Ac magè torrentes ramorum frigore soles

Temperat & laxis, protegit arva jubis.

An non Virgo mihi Platanus spatiosa vocetur,

Ista mihi Solem mitigat; illa Deum.

Plausus XVIII.

XXX.

Hanc quæ Nazaridum murmur despectat aquarum,

Et fontis queruli Mobile trudit ebur;

Hanc ego Daphneos, Platanum, super effero ramos,

Daphne ictum cohibet fulminis; ista Dei.

Q2

Plausus

Plautus XIX.

XXXI.

Xerxes Lydiacæ Platanum coluisse Cybelles
Fertur, & æternam pænè sacrasse Deam.
Erravit teneræ deceptus imagine formæ,
Erravit fluxæ credulus ille comæ.

Quando sub *Platani*, *Virgo*, cognomine frondes,
Te potius posthac iste manebit honor.

Plautus XX.

XXXII.

Quasi Cinnamomum & Balsamum aromatizans
odorem dedi. Eccl. 24.

Non ego quæfiverim Pancheæ Cinnama Sylvæ,
Dum sua, Virgineum, Cinnama, nomen, habet.

Plautus XXI.

XXXIII.

Non est cur spoliem pretiosæ Pharmaca Sylvæ,
Dum mihi, Virgo, meos condiet, ipsa, cibos.

Plautus XXII.

XXXIV.

Ō! si quando meæ fætebunt crimina culpæ,
Balsamum es: hēu sordes, Virgo, repelle meas.

Plautus XXIII.

XXXV.

Ō! si quando mei livefcent vulnera cordis;
Vulneribus, Virgo, sis medicina meis.

Quasi Myrrha electa dedi suavitatem odoris.

Eccl. 4.

Plautus XXIV.

XXXVI.

Pandito Virgo mihi lachrymosi Nubila fumi.
Myrrhinus obscuret crimina nostra vapor.

Plautus XXV.

XXXVII.

Pandito Orontheæ, nebulosa volumina, Myrrhæ:
Infensa Assyrius, Numina, placet odor.

Quasi

Quasi Terebinthus extendi ramos meos. Eccl. 24.

Plautus XXVI.

XXXVIII.

Pande triumphales, felix Terebinthe, capillos :

Suggere Stellatis celsa trophæa tholis.

Pande coronatis tentoria florida ramis,

Umbra tua ipsius mox erit, aula Dei.

Plautus XXVII.

XXXIX.

Si foret arboribus prior illa cupido creandi

Regis, tu merito Rex Terebinthe fores.

Plautus XXVIII.

XL.

Hic tibi laxatis Terebinthus panditur alis ;

Incido nomen, Diva Virago, tuum.

Sic frondente, tuum, viveret cum vulnere nomen ;

Sic crescente, meus, cortice, crescet Amor.

Ego quasi Vitis fructificavi. Eccl. 24.

Plautus XXIX.

Ex illo Canticor. *Meliora sunt ubera tua vino, &c.*

Bovrus Cypri dilectus.

XLI.

Castra cui maduit generoso mamma Falerno

Cui dictus Botri nomine, Sponsus erat

Quin Vitis titulum, Virgo, sibi vendicet ? O quam

Istius nolim. Sobrius esse meri ?

Plautus XXX.

XLII.

Hinc procul illa Cyri Solium quæ vitis inumbrat.

Ipsius Solium Numinis ista tegit.

Plautus XXXI.

XLIII.

Huic meritò *Vitis* nomen debetur & omen :

Ex qua *Vitis* mihi prodita vita fuit.

A P O D O S I S.

Flores mei Fructus honoris.

XLIV.

Cætera quid memorem? quæ te, mea Virgo, coronant
 Quam Sacer, empyreis Floribus, ambit Honor.
Hortus es ô Virgo, florum ditissimus Hortus.
 Cum tua tam multo nomina vere virent.
 Hortus es, in cujus gremio Flos ille refedit,
 Quem viva ætheri fudit imago Dei.
 Nempè tui nimio veris succensus amore,
 Horto fertur agros postposuisse suos.
 Si *Fles* jure vocor quin huic, ait, inferar horto,
 Dignior est foliis Hortulus iste meis.
 Dixit & antiquos *Flos Campi* deserit agros,
 Virgineaque, Sacro Sanguine, pingit humum.
 Sic Deus in Florem. sic Virgo vernat in Hortum.
 I nunc & vernum nomen utrique nega.

CLASSIS ALTERA.

S. ADALBERTO ARCHIEPISCOPO
G NESNENSI.

PRUTHENORUM APOSTOLO

Poloniæ & Auctoris Patrono; recensita.

XLV.

In Rosam, gentilitium D. ADALBERTI insignè.
 Justa Rosis nuper fuerat lis orta duabus,
 Quæ foret hortensi præficienda gregi?
 Prima fuit Veneris, divino tincta cruore.
 Altera, Adalberti tincta cruore fuit.
 Solve hospes litem, quæ sit Regina vocanda
 Hanc Venus; ast istam Sanguine tinxit Amor.

XLVI.

In Ordinarium S. ADALBERTI Prototypon.

Cum male barbarico laceratum vulnere Corpus.
 Alberto, rubei fluminis, amne fuit:

Cur

Cui illi noster Remos aptavit Apelles?
 Quid facit in Sacra Remus & Hasta manu?
 Quam justè vereor tabulâ ne Præsul in ista
 Naviget, & telam deserat ipse suam.

XLVII.

De eodem.

Cum tibi navales impegit Prussia Remos;
 Te meritò quisquam diceret esse Ratem.
 Est Ratis, est Corpus, Merces animus, Mare mundus.
 Est cælum portus; nauta sed omnis homo.
 O te felicem servata, Alberte, Carina,
 Quem impulit in portum Remus & Hasta suum.

XLVIII.

De cruenis D. ALBERTI Remis.

Quam benè dum crudis infligit vulnera Remis,
 Obsequitur fato gens inimica tuo.
 Si verax Aqueos sanxit Sententia cælos;
 Hoc Remo atherias trajice Præsul aquas.
 Cumque Deus, vacuum ripæ omnis, dicitur, æquor?
 Tam vastum Remis experiâre, Mare.

XLIX.

De eodem.

Ex Ferdinandi III. Regis Legionis & Castellæ
Symbolo.

Remum, nescio quis, picto, superaddidit, Orbi:
 Nam veram, mundum senferat esse Ratem.
 Si mundus Ratis est; alios ne quarito Remos,
 Alberti Remis hanc moderere Ratem.

L.

De iisdem.

Per vada Lethei Manes vectasse fluenti,
 Fertur in Elysio margine, nauta Charon.
 Fama vetus fileat, vereris cognomina nautæ:
 Hoc animas Remo Præsul ad astra vehet.
 Solve Ratem, Præsul, Sacratos exere Remos.
 His tibi cœlestes trajicientur aquæ.

Q4

LI.

LI.

In Divi ADALBERTI Hastas.

Ex Rosin. Antiq. lib. 7.

Romanis olim captos efferre sub Hastam,
 In medioque fori vendere moris erat.
 Ut te Alberte igitur venalem sciret Olympus:
 Cernitur in manibus Remus & Hasta tuis.

LII.

In easdem.

Præfulis armatandum cerno cuspide dextram;
 Fallor? an hic patrias excubat ante fores?
 Conde, Polone, Hastas, generosos conde mucrones
 En pro te ferrum, Præful, & arma gerit.
 Bella geret Præful; caput cave bellua septem
 Te totidem telis Præfulis Hasta petet.
 At cum cerno simul, junctos, cum cuspide, Remos:
 Est jam quo Patriam vètet in astra Ratem.

LIII.

In Ordinarium S. ADALBERTI Prototypon.

Quid tibi cum Remo? quid cum Septemlice telo?
 Quid facit in manibus Remus & Hasta tuis?
 Nempè Hastis, Præful, clausum referabis Olympum?
 Remo, Leteas exuperabis aquas.

LIV.

AD PRUSSIAM.

Divini in ALBERTIO Amoris Obstetricem.

Dum quatis Alberti, Septenâ cuspide pectus.
 Ignosco dextris Prussia sæva tuis.
 Hoc erat inclusum cordi producere Amorem.
 Obstetricæ manu Divus egebat Amor.

LV.

In septem ADALBERTI vulnera. totidem telis illata.

Dum Pruthene aperis septeno vulnere corpus:
 Hosti vulneribus consulis ipse tuo.
 Liberius posthac, Septem velut ostia nactus,
 Ingens Alberti Spiritus, astra petet.

LVI.

LVI.

Ad Divum ADALBERTUM.

*Cujus vulnera Fontes Amoris : & facunda Divini
Amoris ora.*

Quot tibi vulneribus patefecit viscera ferrum ;
Flumina, Divinus, tot patefecit, Amor.
In Sacro totidem patuerunt corpore fontes ;
Ex illis mistus Sanguine, manat Amor.
Ora tuo totidem patuerunt, Præful, amori:
Septeno pectus vulnere clamat, Amo.

LVII.

IN HASTAS S. ADALBERTI.

Regnum cælorum vim patitur.

Cur gerit arma manu, rigidasque amplectitur Hastas
Præful, pacificæ gloria prima togæ ?
Vim patitur cælum, quod Christus dixerat olim.
Hûic inferre suâ vim parat ergo manu.

LVIII.

LIBRATUM D. ADALBERTI cadaver

Exiguo Argenti pondere, sursum fertur.

Cum Sacra membra, pari, permixta fuere bilanci ;
In partes abeunt, terra, polusque duas.
Argentum tellus ; cælum Sacra postulat ossa.
Hinc ad se pretium traxit uterque suum.

LIX.

De eodem.

Quod modicum argenti sacros præponderat artus.
Non fuit argenti, sed pietatis onus.
Hæc prætium trutinæ, & Regali adjunxit Obryzo,
O quantum Pietas Regia, pondus habet.

LX.

Tam leve miraris, post tot jejuniâ corpus ;
Et vix gustato, marcida membra, cibo.
Ut leviora forent redimendi Præfulis ossa :
Perpetuâ fuerat astenuanda fame.

LXI.

Jam scio, cur sacrum, se tollit in æthera, corpus
 Jam scio cur agili, sidera, lance petit,
 Nempè sciens sociam cœlo gaudente teneri;
 Ipsa animam vellet, corpus, ad astra sequi.

LXII.

Cum leve sublatâ tollit se lance cadaver,
 Nemo portentum dixerit esse leve.
 Scilicet exilis redimendus merce metalli,
 Sarmatiæ Præsul noluit esse gravis.

LXIII.

Judicio libræ permissum corpus, ad astra
 Tollitur; & facili pondere spernit humum.
 Jam forsân venturo occurrit in aëra Christo,
 Cum sibi judicii sentit adesse diem.

LXIV.

Cur levis imposito Præsul supereminet auro?
 Et nimio pressas pondere spernit opes?
 Quod dum vixisset pedibus calcaverat aurum.
 Nunc quoque sub pedibus debuit esse suis.

LXV.

Dum cadit in terram Regalis pondus obryzi;
 Credo Sacra, humano, lypsana, more colit.
 Senferat in socia Divinum lance cadaver,
 Hûic tam demisso supplicat ergo situ.

LXVI.

De eodem ad S. ADALBERTUM.

Beatus qui post aurum non abiit. Eccl. 31.
 Dum te Sarmaticæ, Præsul, lux maxima, gentis,
 Cerno post aurum non abiisse tuum;
 An non te meritò possum dixisse beatum!
 Vel tu, vel nemo ritè beatus erit.

LXVII.

Pondera mihi pondus ignis. Esdr. 4.
 En, en, flammivorum, Pruthenus, ponderat ignem.
 Dum Sacra, Zelosi præsulis, ossa librat.
 Hinc ego non miror fursum petiisse cadaver,
 Ignis enim ad centrum debuit ire suum.

LXVIII.

LXVIII.

Corpus quod corrumpitur aggravat animam.

Sap. 9.

Corpus quod corrumpitur aggravat, ire volentem

Sursum animam; sacri pagina vatis ait.

Quis tamen ista tuo dicat de corpore, Præsul,

Quod post fata etiam tam leve pondus erat?

LXIX.

Simile, ex eodem.

Quod corrumpitur, aggravare corpus,

Sacri pagina dixerat Poëtæ.

Non corrumpitur ergo forsan istud,

Quod non est potis aggravare, corpus.

LXX.

In S. AD ALBERTI corpus parvo pretio redemptum.

Exili pretio defuncti Præfulis ossa

Vendis, ab ingenio, Prusse, relicte, tuo.

Non patitur Præsul (vili-quem-penderat olim)

Se redimi multo, post sua fata, litro.

LXXI.

IN LIBRAM.

Libra Planetares inter radiata Coluros,

Cœlestis medium desere Zodiaci.

Quæ tulit Alberti divinum, Libra, cadaver:

Dignior est stellas, inter habere locum.

LXXII.

A tellurè abeunt, librati Præfulis, ossa:

In tumulo nollent forsitan illa regi.

Noverat emeritis deberi sidera membris

Illis depositum, Libra, dat ergo suum.

LXXIII.

Quæ levat, Alberti pretiosum, libra, cadaver,

Justior hâc nullo tempore, libra fuit.

Unicuique suum qui reddit, justus habetur:

Ut, Numa Argolicus, Justinianus ait.

Aurum telluri debetur; corpus olympo:

Unicuique suum, reddidit ergò libra.

LXXIV.

LXXIV.

Ad S. ADALBERTUM.

Cum tibi pro centro Deus est, quid mirer ad illum
 Cur spretâ, Præsul maximè, tendis humo?
 Argenti centrum tellus est; corporis astræ
 Ad centrum ferri debet utrumque suum.

CLASSIS TERTIA.

D. STANISLAO MARTYRI,
 EPISCOPO CRACOVIENSI.

REGNI POLONIÆ PATRONO. SACRA

In Sesquicrucem, vulgò Prus.

Gentilitium Sancti Martyris Symbolum.

LXXV.

Qui vult venire post me, &c. tollat Crucem suam &c.
 Tolle tuam Stânslaë Crucem, tua Stemmata tolle;
 Quæ æternus quondam linqere iussit Amor.
 Quam Christi comites humeris gestare iubentur,
 Hæc fiet pedibus Dive premenda tuis.

LXXVI.

In eandem.

Ritè secururis sacræ vestigia plantæ;
 Unam iussisti tollere, Christe, Crucem,
 O quam te melius, Præsul, propiusque sequetur;
 Qui in Patrio gestat Stemmata, *Sesqui-crucem.*

LXXVII.

In eandem.

Sesquicrucem è Patrio desumas Stemmata, Præsul
 Præsuleamque illi, quam geris adde Crucem,
 Junge simul: quam non multum distabis ab illo,
 Qui manibus triplicem gestat in Urbe Crucem.
 Summi ut Pontificis fieret par, Divus, honori,
 Pars illi tantum defuit una Crucis.

LXXVIII.

LXXVIII.

De eadem.

Quam bene Dive Crucem Patrio pro Stemma gestas:
Nam quod Stemma aliud, Martyris esse potest?

LXXIX.

S. STANISLAUS in Campis natus, sine ullis, Bognae,
sterilis ante, Parentis, doloribus.

Cur Gentilitiis Divinus Præsul in agris
Nascitur? & primam cernit in orbe diem?
Flos erat è cælo Lechicos transmissus in agros,
Non alio nasci debuit ergo loco.

LXXX.

In idem.

Qui Stanislai natalia conspicias arva;
De Patria, Lector, ne dubitato sua,
A Pole si meritò dictum scripsere Polonium;
Ecquis majori jure Polonus erit?

LXXXI.

Dum nemus & virides incedit Bogna per agros;
Invidet ipsa suum fructificasse nemus.
Omnis Sylva suos propellit ad æthera fætus;
Omnis, ait, propriâ prole superbit ager.
Sola ego! pro Superi! justas audite querelas:
Sola ego, fæcundâ prole, carebo Parens?
Dixit & in mediis Mater fit nescia campis;
I nunc & sterilem te modo Bogna puta.

LXXXII.

EGO SUM FLOS CAMPI, &c.

Homo Arbor inversa.

Cur sua vernantes inter cunabula flores
Præsul, & in Sylvis incipit esse puer?
Qui Florem Campi quondam se dixerat esse,
Hunc inter Flores vult reperire puer.
Quod si vicinæ memoras confinia Sylvæ:
Hanc propè eur Præsul nascitur? Arbor erat,

LXXXIII.

De S. Stanislao trienne cadaver ad vitam revocante.

Majora

Majora his facietis.

Cum majora facit quam Christus fecerat olim,
 Quis se è discipulis illius esse neget?
 Quatriduano olim vitam dedit ille; trienne
 Ad vitam Sanctus Myſta cadaver agit,

LXXXIV.

De eodem.

Orpheus Euridicen, Stygius revocavit ab umbris,
 Dum pulſat querulæ dulcia ſila lyræ.
 O quam nobilius tua, Præſul, verba ſonabant
 Quæis tractum ad vitam grande cadaver erat.
 Traxit utrumque fides: ſidibus ſed pluribus illam
 Orpheus, hunc traxit Præſulis una fides.

LXXXV.

De eodem.

In Cruce dum moritur, Patris Sapiencia, Chriſtus;
 Deſuncti tumulos deſeruere ſuos.
 Miremur Petri ad vivos rediſſe cadaver?
 In Cruce tunc etiam jam propè, fixus erat.

LXXXVI.

In Boleslaum Audacem S. Stanislai, caput vulnerantem.
 Cur caput immani Regalis dextera ferro
 Vulnerat; & ſacram ſanguine tingit humum?
 Scilicet invidit victori ſerta tyrannus,
 Inde, coronandum decutit enſe caput.

LXXXVII.

De eodem.

Dum caput oranti, Audacis, discriminat enſis;
 F proprio mitram vertice Præſul habet.
 Inſula ſe gemino tollit ſuper æthera clivo;
 In ſacro geminum vertice vulnus hiat.
 I nunc, emerito ſacram de vertice mirram
 Decute; pro mitrâ vulnera, Præſul, habet;

LXXXVIII.

De eodem.

AD S. MARTYREM.

Cum tibi Regalis diſjungit, dexterâ, frontem;
 Atque

Atque sacrum crudo dividit ense caput,
 Quam benè, Dive, tuo consultum, Præsul, honori?
 Ipsa tuam sortem vulnera, & arma juvant.
 Nempe tuos geminum cinget diadema capillos:
 Tot fertis duro est factus ab ense locus.

LXXXIX.

In S. STANISLAVM, ante Aras casum.

Cum libas, Præsul, divini pœcla cruoris;
 Aras, & Sanctam sanguine tingis humum.
 Si commistus erat sacro cum sanguine sanguis,
 Quis consanguineum te neget esse Dei?
 Quod si non fuerat: Crux, quam pro Stemmata gestas
 Te consanguineum Numinis esse probat.

XC.

S. STANISLAVS; Orpheus Christianus.

Orpheus in Sylvis, inter Delphinas Arion.
 Ut teneri quondam lusor Amoris, ait,
 Orpheus es Præsul: montes trahit ille canendo;
 Tu mentes hominum, Præsul, ad astra trahis.
 Orphea te, nobis, lacerati corporis artus,
 Orphea te fatum, sparsaque membra probant.
 Orphea, Lethæis deductæ à Manibus umbræ:
 Orphea, quæ vitam tollit utrique Venus.
 Arte pares ambo fueratis, dispare sistro:
 Ille lyram tangit pollice, tu lituum.

XCI.

In S. STANISLAVM, membratim dissectum.

Cur fecat in partes laniati Præsulis artus
 Hêu! ferro Miles durior ipse suo:
 Ingentem toto rimatur corpore mentem;
 Magnam de toto pellere vult animam.

XCII.

In lucem è cælo defuncto STANISLAO offusam.
 Lucem defunctis æternam ritè. precamur,
 Illos dum Patriâ contumulamus humo,

Quis

Quis Stanislaum luce hâc neget esse potitum?
 Quem post fata, suâ fidera luce beant.

XCIII.

De eodem.

Martyria Dies Natales.

Dum Bethlêmitico Christus fuit ortus in antro,
 Illustris toto lux fuit orta polo:
 Cum moritur Præsul, cœlo lux orta sereno est.
 Non mirum; cœlo tum, hic quoque natus erat.

XCIV.

De eodem.

Cum Stanislai sparsum super arva cadaver,
 I inquitur in domitis faucia præda feris:
 Cœlum funereas accendit ab æthere flammæ.
 I nunc, & tales carpe, Luthere, faces.

XCV.

In piscem qui S. STANISLAI digitum devoraverat.
 Qui Sancti digitum rabido consumpserat ore;
 Aut Sanctus nimium; aut Piscis avarus erat.
 At quicumque tamen fuit, & quocumque vocetur
 Nomine: seu fuerat carpio, perca, lupus.
 Cum vigil è cœlo super hunc lux orta fuisset.
 O quam jurè bono Lucius esse potest.

XCVI.

In lucernam supra eum cœlitus accensam.

Mos est sacrilegos flammis ac igne cremari.
 Et corpus rapido decinerate rogo.
 Hinc scio, cur super hunc piscem luxêre lucernæ,
 Raptorem digiti nempe cremare volunt.

XCVII.

Lucerna ardentes in manibus vestris.

Servorum in manibus vigiles ardere lucernas,
 Jusserat æterni pagina Sacra Dei.
 Quis neget in manibus Divi fulsisse lucernam?
 Qua sine nec digitus illius esse potest.

XCVIII.

XCVIII.

In membra S. STANISLAI.

per campos sparsa.

Frumentum Christi quondam se dixerat esse

Qui prima Antiochi Præsul in urbe fuit.

Quis te Frumentum Christi Stanislæ negabit.

Dum miles membris conferit arva tuis?

O qualem nobis reddent hæc jugera messem,

Per quæ sparsum tam nobile semen erat.

XCIX.

De eodem.

Mœnades infensis lacerarunt Penthea Thyrsis,

Cum Thebana exul Bacchus ab urbe fuit.

O quam Mœnadibus miles crudelior! ô quam

Sanctior Aonio Principe, Præsul erat!

Illum proscripti extinxerunt pocula Bacchi,

Hunc à Sarmatico limine pulsa Venus.

C.

In eadem materia.

Quæris cur lacerum spargit super arva cadaver

Miles, & immani Saucia membra manu?

Ut Stanislai Lechicis nascantur in arvis,

Hæc per Sarmaticos membra seruntur agros.



ALBERTI INES
 è Societate Jesu
 ACROAMATUM
 EPIGRAMMATICORUM
 CENTURIA V.

Epigramma I.

DEI MATER VIRGO.

Amicla Sole & Luna sub pedibus ejus. Apoc.

Pallida, Virgo, tuis blanditur Luna cothurnis;
 Illinc, ni fallor, plenior esse cupit.
 Phæbe vale: dixit. fraternum linquo serenum;
 Pro te, Virgineus, pes, mihi Phæbus erit.
 Audiit hæc Phæbus; justaque excanduit irâ:
 Et tales rosæo protulit ore sonos.
 Ergone spreta mei pulcherrima lumina vultus?
 Spreta coronatis gratia mersa comis?
 Cynthia non patiar: sed posthac, Virginis, inquit,
 Ne careas nostro lumine, vestis ero.

II.

De Auro & Argento Problema.

Ad Timotheum Aranum.

Dicimus Argentum vivum; non dicimus Aurum,
 Culus me causam dicere sæpè jubes.
 Difficile est, utriusque, cui experientia nulla
 Dicere; tu potius, dives Arane, doce.

III.

De Insulsis Bruti Salibus.

Sal Infatuatum.

Quid sit *Sal Fatuus*, didici te, Brute, magistro,
 Quando appellari vis tua Metra, Sales.

IV.

IV.
AD CLITUM.

Spes alit.

Illud quod veteri celebratur carmine, credo.

Spes alit. at pinguem Spes, Clite, nulla facit.

V.

Oveni cum Ennio Parallela.

Ennius in putido Sepelivit stercore gemmas:

In gemmis tumulas Stercus, Ovene, tuis.

Quæ tibi Calliope dictavit carmina; gemmas:

At quæ spurca Venus carmina; Stercus olent,

VI.

In quendam.

Errando discimus.

Te sæpe excusans, errando discimus, inquis

Qui toties erras, cur sapis ergo minus?

VII.

In Gentilitium Stemma nempè,

Virginem, expansis manibus Urso insidentem.

III. & M. D. D. Francisci, à Dæbiány Debienski,

Succam, Crac. Supremi tunc Illustr. Tribuna-
lis Marefchalci.

Deminix; porrecta manus cur utraque Nymphæ?

Hæc gladium Themidis postulat; illa Libram.

Nempè Themis cœlos; Lechicū regit ista Tribunal;

Illius ad fasces aptat utramque manum.

VIII.

Ad quendam scripta sua extenuantem.

Quod negligenti scripseris librum manu;

Non negligenti confiteris carmine.

Ah! parce verbis. parce fallenti Stylo.

Hoc ipse pro te fufius dicet Liber.

IX.

AD AMICUM.

Prothasis.

Non hoc difficile est, Sanctorum scribere vitas:

Sanctorum vitas vivere, difficile est.

R 2

X. Di

X.

De P. PETRO SKARGA Societatis Jesu.

A P O D O S I S.

Dicere de Petro, Sanctorum gesta virorum
Scripserit? an melius vixerit? hâud facilè est.

XI.

De Sacris Apostolorum capitibus.

DIE PENTECOSTES.

Ignito cœlestium linguarum imbre instructis.

Aurea promissas accendunt Sidera linguas.

Lambit Apostolicum, flammea lingua, caput.

At cur Divinus supra caput adstitit imber?

Cur linguæ Sedem non petière suam?

Nempe locuturæ supra captumque caputque

Vix poni poterant commodiore situ.

XII.

De eodem.

Quæis caput ignitis armant incendia linguis.

Alta locuturos ne dubitate Patres.

XIII.

De Myrtilo rudi Medico.

Dum mea clementi torrentur viscera febre,

Non invitatus Myrtilus hospes adest.

Exploransque manum, veteris de fonte Galeni

In chartam medicas exoneravit opes.

Has dum poto, febris majori intenditur æstu.

Non egui medico, Myrtilè; nunc egeo.

XIV.

AD JOANNEM STYMPHALUM.

*Ars longa, Vita brevis.**Supra definitionem artis medica à Galeno factam. Glossa,*

Nempè cui Medici multo se miscuit usu

Ars longa; hâic fiet, Strymphalè, vita brevis.

XV.

In eandem.

Commen-

Non hoc de sola me
Nam facti deo

Ad pueri

Cognoscere

Est torce ubi, fu

Abicite lanes, B

Frustra carnicem

Va solatia? vol

Romana gemin

Illic invenias q

Non cibus

In Gentilitium S

BINSKI, S

b

Cur virgo tolli

Muneribus v

Anicet Sarmati

Labentem Pa

b

Magna

JOANNIS

Ex occasu

E

Turris Hiericho

nia ad moran

Trux, Hierich

Et muri strep

Phisolor atton

Faciunt gra

Illi Genitrix st

Illius ad font

Ehèu quid facie

Si Turris etia

Commentarius alter.

Non hoc de sola medicina dixero; quævis
Nam facit *Ars, Vitam, Stymphale, longa breuiora.*

XVI.

Ad Reanum Naso musilum.

Consolatio ex Mart. lib. 1. epist. 42.

Seti tortor tibi, sive Gallicana
Abscidit sanies, Reane, Nasum:
Frustra carnificem luemque damnas.
Vis solatia? volve Martialem,
Romanæ geminum decus Thaliæ.
Illic invenias quod inquit ille.

Non cuiuscunque datum est habere nasum.

XVII.

In Gentilitium Symbolum Illustrissimi Dn. DÆ-
BINSKI, Succamer. Crac. Supremi Tri-
bunalitii, Præsidis.

Cur virgo tollit geminas ad Sidera palmas?
Muneribus vacuas tendit ad astra manus.
Anicet Sarmaticas humeris subitura ruinas,
Labentem Patriam fulcit utraque manu.

XVIII.

In luctuosum obitum.

Magna Spei Illustriff. Adolescentis.

JOANNIS à Grudná GRUDZINSKI.
Ex occasione Gentilitii ejus Stemmatidis.

EMBLEMA I.

*Turres Hierycho ad tubarum Israëlitarum; Grudzi-
nia ad mortualis buccina clangorem; corruunt.*

Trux, Hierychuntinas evertit, buccina, Turres,
Et muri streperis succubuere tubis.

Hêu dolor attonitam nova buccina territat aurem:
Fatalique graves increpat ore minas.

Illi Grudzinia submitunt culmina Turres.

Illius ad sonitum mundus & ipse ruet.

Ehêu quid faciet Divini dextera Martis?

Si Turres etiam sternere voce potest.

R 3

XIX.

XIX.

De eodem in Horto mortuo.

Flos fuerat, Lechici, quondam pulcherrimus, horti.
Hoc à morte meti debuit ergo loco.

XX.

De eodem.

EMBLEMA II.

Castellum Grudzianum Mors expugnat.

Materno vallum, Patrio de Stemmate Turres,
Marsque vigil patulas excubat antè fores.
Non tamen indomitam tot propugnacula Mortem,
Non tamen arma truces detinuère manus.
Occidis hêu! propero Juvenum lectissime fato;
Occidis, & geminæ deseris arma domus.
In nunc & fatis æratos objice muros.
In nunc Morte nihil fortius esse nega.

XXI.

EMBLEMA III.

Mors Turres Grudzianas machina impetit.

Ænea, nitratum minitatur, Machina, fatum.
Machina quam docili Mors regit ipsa manu.
Grudziniæ Turres subitam trepitate ruinam,
Ne vestrum feriat trux Libitina caput.
Ah! ferit vani procul hinc, procul este timores.
Hêu dolor! en *Turris* de tribus una, ruit.
Quod si scire voles fuerit quâ glande petita?
Aut quæ funeræ Machina mortis erat.
In quem diffluimus pyrio pro pulvère pulvis.
Flamma Febris, corpus MACHINA, phlegma globus

XXII.

EMBLEMA IV.

Samson Gazenas portas bajulat; ex adverso Mors Grudzianum Stemma tumulo infert.

Samson Gazenas infracto robore Turres,
Extulit; & forti mœnia rupta manu.
Non tu dissimuli, Juvenum, cadis optime fato,
In tumulum Turres, fert Libitina tuas.

XXIII.

XXIII.

De eodem.

EMBLEMA V.

*Pallida Mors, æquo pulsat pede
Pauperum tabernas, Regumque TURRES.* Horat.
Inunc fatidici, damna mendacia vatis
Incertainque, fides promere, carpe, Fidem.
Cum de Grudziniis prosternit Turribus, unam
Hêu! æquo Turres mors quatit atra, pede.

XXIV.

Ad prolixas Salviniani literas.

Laconica responso.

Indignor tibi, quod mihi nil rescripseris; inquis;
Desine rescribo; Salviniane; Vale.

XXV.

In Holanum jactabundum.

A Lecho Piasstoque genus deducis, Holane;
Nobilis in Genere es, Rusticus in Specie.

XXVI.

De Prisco Philosopho informi.

Materiam quoties Informem, Prisce, negabas;
Credo minus fueras cognitus ipse tibi. (stat.
Nam cum Forma tibi nulla est, Speciesq; ; quid ob-
Ipsum te, Informem dicere Materiam?

XXVII.

DEI MATER VIRGO.

Rosa & Lilium.

Lilia cùm palles, vultu mea, das mihi, Virgo.
Purpureus tingit cùm pudor ora; Rosas
O ego sim fertum! tibi sim, nova tænia; Virgo.
Credo tuum possem cingere Christe caput.
Sed quia ventosæ rapiunt mea vota procellæ
Saltem Virgo tuis, sim sua Spina Rosis.

XXVIII.

In Capitosum Calvum.

Dum grandem capitis scopulum super æthera tollis
Porphyriion superis, ne videære, cave.

R 4

XXIX.

XXIX.

*Ad Aulum divitem Parcum.**Imperfecta Arithmetica.*

Multiplicas, addis: cur non quoque dividis? atque
Subtrahis? hoc pro te jam facit, Aule, Nepos,

XXX.

Septem Sapientes ex Græco.

Qui fuerit numerus Sapientum, Græcia dixit.
Stultorum numerum dicere, nemo potest.

XXXI.

In Ordinariam S. Pauli effigiem.

Cum gladio Paulum cur noster pinxit Apelles?
Miles erat. miles nunc quoque bella gerit.
Et quanquam picto metuendus fulminet ense;
Hæresis, à picto, vulnera viva, time.

XXXII.

S. Paulus subitâ è caelo luce circumfusus, cæcus efficitur.
Secretum Politicum.

Non solæ cæcos tenebræ fecistis; & ipse
In medio: cæcus lumine Paulus erat.
Quisquis es, à Paulo Secretum discite, viator.
Haud impunè ulli, Lux nimis ampla, venit.

XXXIII.

Cingulo suo morbos depellit.

Morbos Paule tuam non miror tollere Zonam:
A lumbis didicit fortia quæque tuis.
Quin puduit victos modo stringente teneri.
Hinc fugiunt laquei, vincula certa, sui.

XXXIV.

De eodem.

Quos propriæ, cingis sanasque ligamine, zonæ
Hos meritò dices Viscera, Paule, tua.

XXXV.

S. Pauli strophium morbis medetur.

Ite Paretonio celebres Machaône, succi:
Ite Palestinis illita lina fibris.
Sudor, Paule, tuus meliora unguenta ministras.
Emplastro Strophium præstitit ergo tuum.

XXXVI.

XXXVI.

Gladio pro Christi nomine percussus lac è vulnere fundit.
 Cum tibi tam casto distillent vulnera lacte
 Totus *Maternum*, quis neget! *Uber eras.*

XXXVII.

De eodem.

Verius hic dicam mutilum post funera Paulum,
 Lactea de terris ducit ad astra *Via.*

XXXVIII.

Aliud de eodem ex ejus Epistolis

Filioli quos iterum parturio &c.

Ut modo geniti infantes lac concupiscite.

Huc, huc, *Christicolæ*, celeres advertite passus,
 Quos iterum Pauli parturiebat amor.
 En niveæ cervicis hyems! en dulce cruoris
 Lac, quo *Filiolos* educat ille suos.

XXXIX.

De eodem.

Lacteus Orator meruisti Paule vocari
 Cum tibi tam largè *Lactea vena* fluit.

XL.

In idem.

Ex isto *D. Ambrosii Hymno.*

Te Martyrium Candidatus laudat exercitus.

Cum *Virginali* candidus fluat cruor,
 Doctoris olim *Gentium* de vertice.
 Hinc *Candidatum Martyrum*, veracius
Nostris canemus in choris, *Exercitum.*

XLI.

De eodem.

Cur non erubuit *Sanguis Licetoris* ad istum?
 Pro nullo fundi crimine, se, docuit.

XLII.

De eodem, verè lactei Oratoris lacte; & tribus fontibus
eodem in loco, in quo decollatus est erumpentibus.
 Sanguinis ante Dei veniebat clamor ad aures,
 Lacteus, at Pauli pro nece, clamor erit.

Si prior iratis vindictam suaserat astris;
 Hic pro carnificis, supplicat ense, sui.
 Ut candore suo mucro absolvatur & ictus,
 Hoc tortor nocuas, abluè fonte manus.

XLIII.

De eodem.

Lac ferrum sequitur; capitis subit unda choreas;
 Aut nutri; aut gladium, dure Tyranne, lava.

XLIV.

De iisdem Fontibus.

Ter salit, & saltu vitreas caput elicit undas:
 An terræ lachrymæ? sudor an iste fuit?
 Forsan Apostolico depressa à pondere sudat:
 Forsan in Exequiis præfica plorat humus.

XLV.

De iisdem.

Tollite Pegaseos fallacia culmina fontes,
 Doctior à docto vertice lymphæ fluit.
 Doctior Adoniis, sudat Fontana, fluentis
 Namque hæc est *capitis* partus, at illa *pedis*.

XLVI.

IN BATTUM SCIOLUM.

Omnia scit Battus, sapit omnia, & omnia callet.
 At cur scire tamen se negat ille, nihil.

XLVII.

Fuge, fuge dilecte mi, &c.

Hèu Fuge, miraris crudelia verba, Viator.
 Ne mirère; magis, dum fugit ille, sequar.

XLVIII.

AD SOSIBIANUM,

Postulatio.

Jam toties. pro te supremo vota Tonanti,
 Fudi; nec vacuas Sosibiane, preces.
 Sæpe Deum pro te, quod præstitit ille, rogavi.
 Ecce semel pro me te rogo: quid facies?

XLIX.

EPGRAMMATVM

AD HOR
 Convenisse fuit
 Cum porre

AD ME
 Te dicit promissis
 Jam tempus fuerat
 Ego quid vitam
 Quicquid dat, bis

AD VINCE
 Tres tantum
 Sed non tres
 Mendaces bene
 Plus centum

Utrem, non ut
 Hinc & sapè

Quisquis es, hunc
 Hic bibo nempe

Colles Bacchus
 Hinc poter

AD PO
 Uxor genium,
 As Uxor quicquid
 Quicquid agit, las
 Hoc est, Uxor

XLIX.

AD HORTULANUM.

Convenisse suis dicebam nomina rebus,
Cum porrexisses tam mala mala mihi.

L.

AD MERIANUM.

Te dare promittis post mortem cuncta nepoti
Jam tempus fuerat te, Meriane, dare.
Ergo quid vitam violento protrahis usu?
Qui citò dat, bis dat. da citò, vel morere.

LI.

AD VINCENTIUM BLANDUM.

Magna charitatis Virum.

Tres tantum Charites Apollo censet.
Sed non tres tibi Blande Charitates.
Mendaces bene corrigis Pòetas.
Plus centum mihi dando Charitates.

LII.

In Obesum Bibonem.

Utrem, non uterum præpingui gestat in alvo,
Hinc & sapè sitit; nam sibi Venter, uter.

LIII.

In eundem.

Quisquis es, hunc potius, tumulum, non dicitò ven-
Hic bibo nempe suas consepelivit opes. (trem)

LIV.

De eodem.

Colles Bacchus amat, crescunt in collibus uvæ.
Hinc potor ventrem collis adinstar habet.

LV.

AD POLLUM UXORIUM.

Uxoris genium, uxoris mandata, Maritus,
Ac Uxor quidquid dixerit, exequeris.
Quidquid agat, laudas; quidquid damnaverit, hor-
Hoc est, Uxori nubere, Polle, Virum. (res)

LVI.

IN CALVUM.

Hæreo

Hæreo quid dicam, quoties mihi, Calve, recurris,
Fronte cares? gestas an sine fronte caput?

LVII.

Vulnerasti cor meum in uno crine colli tui, &c.

Hic ubi Sidereis agitur Scena viretis;
Fundentis sponſæ spicula, circus erat.
Arcus erat Divæ cervix, crinisque Sagitta;
Quam facer empyreis viribus urget Amor.
Jamque repercusso sonuerunt cornua nervo;
Jamque cruentati vulnera cordis hiant.
Crine tui si Sponſa potes cor figere sponſi
O quam cor molle! ô quàm coma fortis erat.

LVIII.

In Brenum Procrastinatorem,

AD PLANCVM.

Non accuſo Brenum, toties quod poſco negantem.
Hoc accuſo, Brenus non citò, Plançe, negat.

LIX.

Ad Paulinum de Choreis.

CIRCVLVS VITIOSVS.

Millenis arctum percurris paſſibus Orbem;
Et centum geminas iſque rediſque vias.
Quis ſcopus? aut quæ meta tibi? quod deniq; centrū?
Circulus aut nullus aut Vitioſus, hic eſt.

LX.

Ad Mœnium Póetam.

Ex alieno diſertum.

Quâ prece, quâ pretio, redimis tua carmina, Mœni.
Carmina quis dubitat ſunt pretioſa tua.

LXI.

IN QVENDAM.

Quid tibi cum facie? Mores Natalibus æqua,
A Patre degenerem non faciet facies.

LXII.

IN ROSAM.

*Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi DD. STANISLAI Pſe-
konski, recens tum Episcopi Chelmenſis Nominati.*

Quam

Quam bene Regis
Quam bene Regis
Quæ cum de Patre
Pate tibi fuerat

A D E U

Quod ra

Pa

Eſt nihil in toto Doctr
Atque illa tamen,

A D B

Ca

Quando tam valid
Jam didici cæcus

A D M

Miſiſti cultos, cul
Hos calathus
Munus utrumque
Floridior calath

In Oll

Deſtruis, ædificas
Et torques mille
Quam ſapiens fieri
Tam multis co

Illuſtriſſimo ac R

ANNI à L

Appl

Ex Gentilibus ejus

ſola in

I moſe Liſſiandri

Jam ni quod ca

I digna Auſonia

Nam quæ meta

Quàm benè Regalè cumulat nova Purpura Florem.
 Quàm benè Reginas, Mitra, pedumque, Rosas.
 Quæ cum de Patrio tibi surgit Stemmata, Præsul;
 Pænè tibi fuerat Purpura nata domi.

LXIII.

AD DEUTERUM.

Quod rarum carum.

Palinodia.

Est nihil in toto Doctrina rarius Orbe.
 At cur illa tamen, Deutere, cara minus?

LXIV.

AD BASSULUM.

Cæcus Amor.

Quando tam valido vestri flagratis amore!
 Jam didici cæcus, Bassule, quid sit Amor.

LXV.

AD MUSCULUM.

Missi cultos, culto cum carmine, flores;
 Hos calathus; illud, florida charta tulit.
 Munus utrumque mihi fateor placuisse: sed ô quam
 Floridior calatho, Muscule, Charta fuit.

LXVI.

In Ollum Calamistratum.

Destruis, ædificas, disponis, surrigis, uris
 Et torques miseram pectine & igne comam.
 Quam sapiens fieres, stupidum, si crine relicto
 Tam multis coleres artibus, Olle caput.

LXVII.

Illustrissimo ac Reverendissimo Domino, D. JO-
 ANNI à Lipe Lipski, Romæ reduci.
 Applausus extemporales.

*Ex Gentilitio ejus Stemmata. Vulgo dicto Lada, id est
 Soleâ inter duas Sagittas mediâ.*

I modo Lipsiadum, Solio Soleâ apta Latino.
 Jam nil quod calces celsius esse potest?

LXVIII.

I digna Ausonias terigisse Sagitta Tiaras.
 Nam quæ meta tibi celsior esse potest?

LXIX.

LXIX.

Quæ Solea Aufonias tutò penetravit ad Alpes;
Tutò supremi, scander, Honoris, iter.

LXX.

Quod telum Latias securè contigit arces,
Hinc Honor, in Patria, meta, Supremus, erit.

LXXI.

Nulla tuo calci impunè infidiabitur Hydra;
Cui Solea armatos muniit ære pedes.

LXXII.

Hostis nullus erit, qui te sine clade laceffat;
Cui armat tutum bina Sagitta latus.

LXXIII.

Quis te, quis solidos dubitabit figere gressus?
Cui virtus soleam nobile Stemma dedit.

LXXIV.

Quis te posse neget supremas tangere metas?
Cui duplex, Patrium Stemma, Sagitta dedit.

LXXV.

A P O D O S I S.

*Cum idem Illustrissimus in Archiepiscopum Gnesnensem,
fuisset inauguratus.*

Hæc me non vano, quondam luisse calore;
Præsulei capitis conscia mitra probat.

En juga Supremi Præsul superavit Honoris

En tetigit Primum bina Sagitta scopum.

I modò Sarmaticis Livor minus æque corymbis;

Et me de veris vatibus esse nega.

LXXVI.

A D T R U T T U M,

De Nuptiis Ludmille.

Non bona, Trutte, malo nupsit Ludmilla, marito.

Hoc est, hoc, si Vis nubere, nube pari.

LXXVII.

A D B L A N C U M,

De Ello Parco,

Quid

Quidquid, Blance, rogo, tetrico negat Ellius ore.
Sed jam fortè dabit, nam rogo ne mihi det.

LXXVIII.

De S. BARBARA.

Victa, Duci, nomen, Latio, dedit Africa; sic &
Dicitur à victâ Barbara barbarie.

LXXIX.

De Ministris ad Hæreticos.

Propria locutio.

Ex vero, Patrum nomen, meruisse Ministros;
Hoc quamvis nomen nulla figura iuget,
Quis dubitat? multâ fæcundos prole Parentes,
Hæretici, propriè dicitis esse Patres.

LXXX.

Ad FUSCUM.

Trium Sororum diffidiis afflictum.

Quot Plutum, totidem vexant te Fusce Sorores.
Has æquo Furias jure potes.

LXXXI.

In Funere Nobilis Adolescentis.

CHRYZOSTOMI MARSZEWSKI.

Ex Gentilitiis ejus Stematibus.

EMBLEMA I.

Cornubus fractis, Liliisque marcescentibus.

Sola s'cristat Columna, cum lemmate

Virtus impervia fatis.

Dum furit implacido letalis Syrius igne;
Et per anhelantes fulmina Spargit agros,
Cernua caltha labat, Rosa languet, Lilia pallent;
Cogitur & totum subdere colla nemus.

Hèi mihi! nec nostris potuerunt Lilia ceris,

Inter inhumanas tuta manere faces.

Ergo licet rigido ceciderunt Lilia fato,

Stabis ab infensâ, tuta Columna, nece.

Stabis, & è tumuli radice animabere nostri;

Cui hoc insculptum cernere carmen erit.

Deslua

Deflua miraris mea Lilia? stare Columnam?
Istud virtutis; Sanguinis illud erat.

LXXXII.

EMBLEMA II.

*Cor, Columna inter Lilia stanti impositum; hinc ad
Amore Divino, illinc à Morte, Sagittis imperitur.*

Bella movet Divinus Amor, Libitinaque bella.

Hæc pharetrâ; Pharetrâ cinctus & ille suâ.

Illis Marszevski, juvenum lectissime, meta

Atque tuo felix corde, Columna fuit.

Arcus præbebant gemino tua Stemmata Cornu;

Et vitæ rigidus; Stamina, nervus, erant.

Hæc jacit, ille jacit telum; sed dispere jactu.

Mors gaudet scapi vulnere, Cordis Amor.

Cor tibi cedat Amor spolum: & ne laurea desit

Stemmata de Nostro Lilia, victor habe.

LXXXIII.

De eodem.

EMBLEMA III.

Sequuntur Agnum quocunque ierit, &c.

Qui pascitur inter Lilia.

Alluditur ad Agnum, Collegii Karnkovianæ

Symbolum, & ad defuncti Lilia.

Qui vivus nivei vestigia presserat Agni,

Agno defunctus quin eat ille comes?

Et cum maternis niteant sua Lilia Ceris:

Pastum ne quærat Cœlicus Agnus; habet.

LXXXIV.

De eodem.

EMBLEMA IV.

Inveni Portum Spes & Fortuna, Valet.

Karnkovios Lechicus Jason, dum navigo Colchos,

Nec dives Frixi non mihi vellus adest.

Quæseram Portum: Portum præbere negabant

Littora Munde tuis insidiosa vadis.

Quid faciam? Superis fragilem mea carbasa cymbam

Reddite; fors illo littore, Portus erit.

Nec

Nec mora totus agor ventis, lentoque Favoniâ,
 Flamine; quod sinuat lineâ fœca Phthisis.
 En jam per fluidos securus navigo Cœlos;
 Udaque Sarmaticâ sidera fulco Rate.
 Inveni Portum spes & Fortuna Valetè.
 Tutus in hoc Portu naufragus esse queo.
 LXXXV.

Discipuli sui THOMÆ S. nomine.
S. THOMÆ imagini alteri donanda, inscriptum.
 Cum tibi do Sæctum parvo pro munere Thomam,
 Nunc magis & dici Sæctus, & esse velim.
 LXXXVI.

In Candidum de generem.
 Insignem magnis maculam Natalibus infer;,
 In te laudo Genus, Candide, non Speciem.
 LXXXVII.

Ex Cantic. Canticoꝝ.
Veni dilecte mi, &c.
 Illa Rosis, Violisque dies indormiit albis,
 Et pressit nivei florida strata thori.
 Cum mini, sponse tui stillabant, nectar Amores.
 Cum licuit castis jungere labra labris.
 Errabant nitidi per lactea colla lacerti.
 Ludebat Rosæ pollice pressa manus.
 Sponse veni, mea vita veni: quid Sponse moraris?
 Aut quid Amor nescis; te fugit, aut quod amo.
 Ah! quid Sponsa tuis singultibus astra lacellis;
 Ad te si Sponsus non venit: ipsa veni.
 LXXXVIII.

Ad FAUSTINUM.
 Cum mea lux, luscæ dicis Faustine maritæ,
 Nemo te luscum non neget esse magis.
 LXXXIX.

Ad BRUNDUM.
Magni Voluminis auctorem.
 Multorum Caputum plebs Bellua dicitur esse.
 An non ista, tuus, Bellua, Brunde, liber?

XC.

De Britano lascivo Pœta.

Parodia ad 52. lib. 8. Martialis Epigrammæ.

Formosam minus, aut magis, pudicam,
 Festivissimus ille Martialis,
 Catullam fieri volebat olim.
 Nos pro te simili Britane voto
 Lassamus superos; Stylum tibi dent
 Facundum minus, aut magis pudicum.

XCI.

De Graculo loquace.

Iusta mihi dubiam variat Sententia mentem
 Graculus, atque loquax Græculus, an sit idem.

XCII.

Ad Martinianum Fuscum.

*Cum è Paterna Hereditate tribus Sororibus doxem
 numeraret.*

Tres inter facilis facta est divisio fratres;
 Cum totus triplici subditur Orbis hero.
 At non tres eadem tenuit fortuna sorores;
 Cum male Dardanius, dat sua mala, Paris.
 Tu majus quiddam Superis renuentibus audes.
 Teque parem Paridi Martimiane facis.
 Adde moram facto, & paullum metire quod audes.
 Nec propera fatum præcipitare tuum.
 Difficilis multos inter concordia fratres.
 Illi, multa tamen, sit minus apta, Soror.

XCIII.

In quendam ineptum Pœtastrum.

Fellis habet tua Musa minus, piperisve, Salisve.
 Solius nimio plus habet Ellebori.

XCIV.

Ad PATIANUM.

Nimum Epigrammatum suorum encomiasten.

In qua, si titulum cum primo carmine demas,
 Nil agnosco mei; laus placet ista minus.
 Non tu dissimili, mea, carmine, carmina laudas

Et quidquid non
 Desine iam carere
 Laudari, & laudari

Memor genus d
 Eio inatum Crac
 Abor C

Magni fur geteris
 Spiritu Arbor h

Ad
 Scripseros Tyrio
 Hac, mala, te p

E
 Cruletur me e
 Mel & lac sub
 Fovus distillat
 Quid mirum, f
 Os illi fuerat
 Tu quoque Spor
 Illi Mel fuerat

In quena
 Cui vox vulpine
 Unum te nec

Verfibus in No
 Erroresque c
 Ectre jam biler
 An tolerare r

Cur mea tam fit
 Hic mario ca

Et quidquid non sum me Patiane vocas.
 Define jam tandem, aut maturè dispice tecum
 Laudare, & laudes fingere num sit idem?

XCv.

In quendam perduellem.

Magnum genus & nomen mentientem;
 Palo infixum Cracoviæ A. D. 1651.

Arbor Consanguinitatis.

Magni fur generis, palo defigeris alto.
Affinitatis Arbor hæc erit tuæ.

XCvI.

Ad Divitem Pœtam.

Scripturos Tyrio digitos adamante coronas.
 Hac, mala, te pudeat, scribere metra, manu.

XCvII.

Ex Cantic. Cantic.

Osculetur me osculo oris sui, Ecce.

Mel & lac sub lingua tua, Ecce.

Favus distillans labia tua, Ecce.

Quid mirum, si Sponsa tui petis oscula Sponsi.
 Os illi fuerat nectar, & ipse favus.

Tu quoque Sponse, tuæ merito petis oscula Sponsæ.
 Illi Mel fuerant oscula, labra Rosæ.

XCvIII.

In quendam multos pileos habentem.

Cui tot vulpinos subducunt pilea villos;
 Unum te nemo credat habere caput.

XCIX.

In Ponticum Momum.

Verbis in Nostris, tua crimina, Pontice, damnas,
 Erroresque tuos, vindice bile feris.

Expne jam bilem: nam debes, Pontice, versus
 Aut tolerare meos; aut jugulare tuos.

C.

Ad eundem.

Cur mea tam stolidis censuras carmina limis.
 Hic merito censet, qui meliora facit.

S 2

ALBERTI

ALBERTI INES
è Societate Jesu
ACROAMATUM
EPIGRAMMATICORUM
CENTURIA VI.

Epigramma I:

Medica Principis Apostolorum.

U M B R A.

Quid tua Lux possit, didici te, Petre, magistro;
Quando fugat morbos, corporis *Vmbra* tui.

II.

De Motibus Anglicanis.

Post crudelissimam necem Caroli Regis.

Cur tam delirâ, præceps ruit Anglia mente?
Nempe, suum, ferro messuit ipsa, caput.
Hinc, cum fronte pudor, ratioque, oculique, fidesque
Hinc perit Regno, Mens bona, cum Capite.
Nec miror tantis Anglos concurrere bellis;
Quando illis solæ sunt, sine mente, manus.

III.

Ad Juristas.

C O N T R O V E R S I A.

Ius ad Rem, Ius in Re.

Ad Rem Jus Nolanus habet; sed non habet In Re.
In Re, non Ad Rem Jus, Tatianus, habet.
Solvite, Jurilegi, quis sit Possesor habendus?
Quando, Jura prior, Rura secundus habet?

IV.

Tropus sine Tropo.

DE MYRONE TUBICINE.

Duma

EPIGRAMMATICORUM
Mortales
Totumque
Perfracta
Ejus
AD
Et
Cum passio placuisse
Jocundum, Libero,
Non cum sint pauci
Mularum laude
Ergo
Præcia dat Munus
Tu solus Cænarum
Ergo prior valeat
Impransio Cænarum
A
Aurea
Vite
Aurea Libertas,
Auro, Priscæ,
Ne Libertatem v
Illam, Priscæ,
A
Votatis, merito
Ingens virtute
AD OLAVUM
Arg
Inquis, cetero emu
An non hoc
Ergo cum grati
Hoc saltem p

Dum Martiales buccinas inflat Myron,
 Totumque pandit Spiritum.
 Perfracta rupit ilia, atque sic Miser,
Efflavit animam, sine Tropo.

V.

AD LAGUM.

De suis Versibus.

Cum paucis placuisse, mihi, mea Carmina, narras,
 Judicium, Libro, das Lage, grande meo.
 Nam cum sint pauci Sapientes: non ego multas,
 Multorum laudes opto, nec invideo.

VI.

Horzo quidam fecit Canam.

Prandia dat Mundus, fallax Jentacula Dæmon:
 Tu solus Cænam, tu mihi, Christe, facis.
 Ergo prior valeat, valeat conviva secundus.
 Impranso Canam porrige, Christe, tuam.

VII.

AD PRISCUM.

Aurea Libertas; auro Venalis.

Veteris Paramia, Palinodia.

Aurea Libertas, quamvis non venditur Auro.
 Auro, Prisce, emitur sæpius illa tamen.
 Ne Libertatem vendas, non suggero, Prisce:
 Illam, Prisce, tamen, suggero, ne quis emat.

VIII.

AD CORDULUM.

Ira calcar virtutis.

Virtutis, merito, calcar, si dicitur ira:
 Ingens virtutis, Cordule, calcar habes.

IX.

AD OLAVUM, HOMINEM TENACISSIMUM.

Argumentum ad Hominem.

Inquis, carò emitur, precibus quod venit, Olave;
 An non hoc carò venditur ergo simul?
 Ergo cum gratis, tua munera, mens dare non est;
 Hoc saltem pretio, quod peto, vende mihi,

X.

DE FAUSTINO Monoculo divite.

*Ad Marianum pauperem.**Ex Græco. Paradoxon.*

Plus videt uno oculo propriâ Faustinus in Arca ;
 Quam tu, cui oculi sunt, Mariane, duo.

XI.

DE SARPEDONE SUPERBO.

Ad Myrtulum.

Spiritualis Homo est, dicebas, Myrtile, frustra.
 Sarpedon, est potius, *Spirituosus* homo.

XII.

DE BLANCO DIVITE.

Inepto Pœta.

Aureus es vates; nam multo es dives Obryzo.
 Carmina cur ergo ferrea, Blance, facis.

XIII.

DE ERASMI MORIA.

Stultitiæ laudes unus celebravit Erasmus.
 Stultorum laudes, plurimus Auctor habet.

XIV.

DE PROTREPTICO.

Calamistrato.

Jure caput tibi multa regit, Protreptice, pluma.
 Nempe levis cerebri, nobile Symbolon est.

XV.

AD QUENDAM MATHEMATICUM.

De quadratura Circuli.

Quadraturæ inhians, misces quadrata rotundis.
 Quadratur toties Circulus ergo tibi.

XVI.

AD MACRINUM.

Caput Mulieris, Vir

Quamvis Uxoris Caput est, Macrine, Maritus:
 Uxoris, sed vir, non erit ingenium.
 Ille licet Caput est, sacrâ testante papyro:
 Illa sed, ah! quoties Cornua fronte gerit.

XVII.

XVII.

IN ANGLOS.

De nece Caroli Regis.

Quantus Sceleris, reus es, Regisque reique,
 Quando facis Regem, Sæve Britanne, reum;
 Dum Regale caput violento demetis æstro;
 Ex hâc messe tibi ferrea nata seges.
 Hinc tua Civili lacerantur viscera Marte:
 Ultrices Capitis nam decet esse Manus.

XVIII.

AD MYRTILUM GRAMMATICUM.

Antiquata licet numerentur plurima verba.
 Res Antiquatas, Myrtille, rarus habet.

XIX.

De S. PETRO Apostolorum Principe;
Versis ad cælum pedibus crucifixo.

Ne mirêre Petrum, pedibus quòd fidera versis.
 Invadit, propriæ fixus in *Ara* Crucis.
 Ne sua, nempe, sacri renuant vestigia cœli;
 A Christo lotos vertit ad astra pedes.

XX.

De eodem.

AD S. PETRUM.

Non ego te miror, Supreme vicarie, Christi,
 Demisso in terram vertice, velle mori.
 Scilicet *in terris* pro *successoribus* optas,
 Et *Caput*, & propriam linquere, *Petre*, *Mitram*.

XXI.

De Beato Aloyfio Gonzaga, Societatis Jesu.
Corpus suum ferreis calcaribus sauciante.
Virtutis calcar, gloria.

Castum *stellatis* corpus calcaribus urges.
 O quantum cœli Gloria, calcar habet!
 Hinc tua tam celeres rapuerunt lustra quadrigæ.
 Ætasque ante suam præcipitata diem est.
 Dum te perpetuò stimulis cœlestibus urges.
 Tam citò sacra suum vita peregit iter.

XXII.

IN ERASMUM ROTERODAMUM.

A fide Apostatam.

E puti genitus genio, deformis Eras mus,
Nunc quoq; Tartareus, demersus sub styge, *Eris misa,*

XXIII.

IN LINUM JURISTAM.

Nemo te Causas lucrari, jure negabit.

Nam perdens Causas, Line, lucraris opes.

XXIV.

PETITE & ACCIPIETIS.

*Date & dabitur vobis.**Ad Aulum Divitem.*

Dives ego precibus, tu dives Mercibus Aule.

Hinc pars ista tibi convenit; illa mihi.

XXV.

IN TURDUM DEFORMEM.

Forma dat Esse rei.

Forma, Turde, carens; frustra prope diceris esse.

Nempe suum quodvis *Forma dat esse rei.*

XXVI.

AD THEODORUM BALBUM.

Ut tibi displiceant Epigrammata nostra, laboro.

Ut placeant aliis Balbe, laboro minùs.

XXVII.

AD CANDIDUM POLEMICUM.

*Criticorum Criticum Acerrimum.**Ex Oven. lib. 3 ep. 181.*

Ni Satyram sapiat, prope nil Epigramma valere.

Dixit & effecit Cambro Britannus Oven.

At tu cum Satyras, criticosque Polemice damnas;

Es malè ab ingenio proditus ipse tuo.

Nam si qui damnat Criticus sit jure vocandus;

Qui damnat Criticos, candide, quantus eris?

XXVIII.

CLEPSYDRÆ ETYMON.

A Græco

A Græco nomen cur traxit Clepsydra κλέπτω.
Nam toties horas Kleptit avara meas.

XXIX.

AD NONIUM.
PARADOXUM.

Nostrum esse, non est, esse.

Non bene confundis vicina vocabula, Noni.
Esse tuum præter, scilicet Esse, nihil.

XXX.

AD BLONDUM.

Aurea Libertas, auro empta.

Aurea Libertas, propriâ tibi voce vocatur.
Aurea quam peperit, Blonde, Moneta tibi

XXXI.

Elizæ & Elizabethæ Anglorum Reginae.

COMPARATIO.

Anglica dotalem infernum possedit Elisa.
Hinc illi reliquum nil nisi beta fuit.
Æneas primam stygium detrusit ad Orcum;
Orcum posterior condidit ipsa sibi.
Tres tantum Furiis numeravit Tartarus ante.
Accessit Furiis, quarta Britannia, tribus.

XXXII.

APOLOGIA.

Pro suis Epigrammatibus, ex Græco.

Me frustra inculâs scripsisse Epigrammata curta.
Si bona; longa satis. si mala; longa nimis.

XXXIII.

Primus in Orbe Deos fecit Timor.

ANTISTROPHE.

Primus in Orbe Deos fecit Timor, haud, benè dictum.
Primus in Orbe Deum, sed bene, fecit Amor.
O Amor Omnipotens! quantum te posse fatemur,
Cum poteras Hominem, constituisse, Deum.

XXXIV.

De quodam Pœta.

Sui laudatore.

S 5

Jure.

Jure tuas proprio celebrasti carmine laudes ;
Te qui laudaret , tu nisi , nullus erat.

XXXV.

De ALANO ad MARIANUM.

Impropria ; sed vera locutio.

Nil valeo dicit , quoties ægrotat Alanus ;
Quin etiam sanus nil , Mariane , valet.

XXXVI.

AD FANTINUM.

*De Cambrico Philosopho.**De Individuo Vago , & Vacuo.*

Sæpe errans , semperque Vagus , Faustine , negabat ,
Frustra , Individuum , Cambricus , esse *Vagum* .
Poffe dari *Vacuum* , sed quando dixit ; habere
Ipse suum poterat pro ratione caput .

XXXVII.

AUREA ÆTAS.

QVÆSTIO.

Aurea prisca fuit , nunc ferrea dicitur Ætas .
At cur ista tamen sit pretiosa magis ?

XXXVIII.

Ad Bitinicum Pôëtam.

Cum bona verba malo torques Bitinice sensu ;
Qui malè carminifex , jam bene tortor eris .

XXXIX.

In anacem lascivum Pôëtam.

Pro vena Venerem , lascivo carmine promis :
Et cum lascivis , est tibi vena , Venus .
Hinc ego non miror quod pulchrum dicitur esse ,
Quando tot Veneres carmen , Anacis , habet .

XL.

De Romanis & Hebræis.

Unius causa diversi effectus.

Legibus antiquis stat res Romana , Virisque
Legibus antiquis res Solymæa cadit .
Ne mirère igitur veteres dixisse Sophistas ,
Effectus varios unica causa facit .

XLI.

XLI.

LAZARUS BONAFIDIUS.

Prædicans Augustanus.

Quo Lucus, Parcæque modo; Bonafidius isto,
Impositum Sancti nominis omen habet.
Impostor potiùs Malefidius iste vocetur,
Illius quando est tam malè fida, Fides.
Est medius-fidius, Bonafidius, est male-dictus.
Est jam quod sua post fata, Minister, erit.

XLII.

DE BODEM.

Fit allusio ad Lazarum, cuius ulcera canes lingeant.
Carmen Leonianum,

Lazare lingua canum nequeat te reddere sanum.
Dentes ulceribus sint medicina tuis.

XLIII.

AD SONCINUM.

De Volano Divite Parco.

Dives opum, sed pauper opis, Soncine, Volanus.
Ne bene perdat opes; ferre recusat opem,
Elicit hinc toties miseri suspiria vulgi.
Illud nempe vovent, ut malè perdat opes,

XLIV.

DE ANGLIS.

Post funestam Caroli Regis ascem.

Ecclesia quibus nuper Acephala placuit,
En ecce Regnum illis, placet nunc Acephalum.
Hinc post recisum Ecclesie in terris caput,
Regnoque Regique Carolo truncant caput.

XLV.

Apologia pro Roma.

Contra Richardum Manonem Hæreticum.

Cur Romam stolidam, stolidissime Mæno vocasti?
Orbis Roma Caput non habet ingenium?

XLVI.

De Anemone Hæretico.

Ex Sartore Prædicante.

Quæd

Quod toties rem tangit acu, non miror, Anemo:
Sartor erat: quidni rem bene tangat acu?

XLVII.

Ad A R A N U M.

Qui citò dat, bis dat.

Quaestio nondum soluta.

Qui citò dat bis dat, bis cur non accipit illo,
Cui citò promissum munus, Arane, datur?
Hujus ego propriam non possum dicere causam.
Hoc potius dantis, quàm accipientis erit.
Ulterius quaesita premis? bis, dic mihi, cur das,
Cum citò das? dicam, cur semel accipio.

XLVIII.

Ad Volatum, Medicum imperitum.

Duplicis Recipe Taxa.

Corpora nil curans; hominum marsupia purgas;
Vera crumenarum pestis es, atque Phtisis.
Das *Recipe* ægroto; ægrotus tibi porrigit aurum;
Ægrotus Morbi fit Medicina tui.
Pro verbis Herbisque capis, Volane monetam,
Esse tuo melius quis neget? hoc *Recipe*.

XLIX.

De S. ELIZABETHA Portugalix Regina.

Pecuniam in Rosas convergente.

Divitias Spinis, similes qui dixerat esse,
En habet asserti, nobile dogma, sui.
Neque levaturos inopis, suspiria turbæ,
Dum Nummos manibus celat Elisa suis.
Illicet in manibus celatum floruit aurum;
Argentumque rubræ fulsit honore Rosæ
I nunc, quisquis opes spinarum nomine privas.
Quando ex his istas, carpit Elisa Rosas.

L.

IN BLANCUM MINISTRUM.

NEOSPONSVM.

Spiritualis Homo, duxisti Blance Maritam:
Quis dubitat? tuus est Spiritualis Amor.

LI.

LI.

AD BLASIVM PLANCVM.

Ex Kochánovio.

Res mira : est vaeuam gravivm pbrtare crumenam :
 Quam si tota auro divite plena foret.
 Et quamvis soleat praesens gravis esse Moneta
 Absens, crede, magis, Planctus, Moneta gravat.

LII.

Ad Ansgarium Noroniam.

A D A M I E T Y M O N.

A dando primus nomen sortitur Adamus,
 Princeps, nempe novo Primus in Orbe fuit.
 Tam dare Principibus proprium fuit ante; Noroniam.
 An sit nunc etiam; nescio. sed scit Aty.

LIII.

De S. IOANNE Baptista.

Puer Magnus coram Domino.

Quamvis jure Puer, Praecursor Magne vocaris:
 Jure bono dictus, Parvulus esse nequis.
 Nempe licet fueris puerili corpore parvus;
 Jam coram Domino, Pufio Magnus eras.

LIV.

Ad D. ZACHARIAM Mutum.

Vocis clamantis Parentem.

Pande catenatae laxata repagula linguæ,
 Vocis enim Mutum non decet esse Patrem!

LV.

De S. IOANNIS Decollatione.

Ex occasione illius.

Ille erat Lucerna, ardens & lucens.

Maestatur Christo lucem spargente Iohannes:
 Extincta est medio nempe Lucerna die.
 Sol fuerat Christus; fueratque Aurora Iohannes
 Occidit hic, Orto, Lucifer, ergo, die.

LVI.

Ad PAULUM.

Ex Martiali.

Exte-

Extenuans quod, Paule, petis, Nihil esse, fateris :
At cur succenses dum nego, Paule, nihil.

LVII.

IN OLLUM.

De minori damnium majus,

Debita ne solvas, nova debita contrahis, Olle.
Et ne des ; toties cogens, Olle dare.
Judicibus toties, toties das dona Patrono :
Hoc est ter pretium ponere velle suum.

LVIII.

De RUSPICO divite Parco.

Ad Martinengum.

Habere multas Ruspicum quis neget? opes?
Nemo, nec ipse Martinenge Ruspicus.
Habet, sed arcto Scrinio clausas opes ;
Usum-ergo-fructum Martinenge non habet.

LIX.

AD AULUM.

QVÆSTIO.

Senex bis Puer.

Bis puer esse Senex meritò si dicitur, Aule,
Ergo semel nequeat, cur puer, esse Senex!

LX.

AD PATIANUM.

Si Medicos modicos adhibes, si pharmaca rara:
Nulla tibi potior fit, Patiane, salus.

LXI.

Catena S. PETRI, Herculeæ collata.

Herculeæ fileant mendacia vincla catenæ:
Ad se quæis hominum corda trahebat Amor.
Laus hæc Petre, tuæ debetur tota catenæ ;
Quâ mentes hominum Victor ad astra trahis.

LXII.

Ad Cacilianum Hircocervus à parte Rei.

In Cervis-Hircos veterum commenta Sophorum,
Et barba & pedibus Cæciliane probas.

Hircuna

At cum barba facit
Ergo merum no

Ad

In sila

Disique Atom

Mo

A U

Et una quindo Co

Ex colta coltas

Bis enim Co nostru

Olla ex Olle m

Quilibet amplifica

Et plus quam

Solicet Auxetis ne

Nemo putat,

Non mea sape li

Creticus es pe

Ad

Objectum excusa

Et barbani,

Ah! sine; ne tu

In quam per

De P. H. E.

Cajus sanguis

In frons pichum

Henice, quique

Fuisse frons, ne

Hircum barba facit, nuperrima te fuga Cervum.
Ergo merum nobis Ens Rationis eris.

LXIII.

Ad Ansgarium Marinum.

In illud Genes. cap. 2 §. 23.

Dixitque Adam hoc nunc Os ex Ossibus meis.

Moralis aduersio.

AUXESIS.

Ex una quando Costarum condidit Evam,
Ex costa costas multiplicando Deus.
Hoc nunc Os nostris ex Ossibus inquit, Adamus.
Ossa ex Osse meo dicere debuerat.
Quilibet amplificat sua munera nempe, Marine;
Et plus quam dederit prædicat esse datum.
Scilicet Auxesis nobis Gentilitia hæc est
Nemo putat, non plus quam dedit esse datum.

LXIV.

De Pseudolo Critico.

Non mea sæpe libris in nostris menda Critizas;
Creticus es potius, Pseudole, non Criticus.

LXV.

Ad Holanum Hæreticum.

Excusatio Calva.

Objectum excufans nostro tibi carmine crimen;
Et barbam, & stupidum vellis Holane, caput.
Ah! sine; ne tua sit nimium, *excusatio calva.*
In quam pæne tuos, prodigis ipse pilos.

LXVI.

De P. HENRICO Garneto Soc. JESV.

Martyre Anglicano.

Cujus sanguine culmus aspersus, Vultus ejus
Effigiem præbuit.

Homo bona Frugis.

In fruge pictum Sanguinis gutta tui,
Henrice, quisquis imaginem Vultus videt;
Fuisse *Frugis*, nemo te neget *bona.*

LXVII.

LXVII.

De eodem.

*Tot in Garneto Garneti.**Quot Sanguinis Gusta.*

Unica, si totum, te pingit gutta cruoris:
 Non unus in te, credo, Garnetus fuit.
 Quot tibi Patricio stillabant Sanguine guttæ,
 In te fuisse tot ego Garnetos reor.

LXVIII.

*De culmo, in quo fuit expressa**P. Garneti Facies.*

Qui vacuum, qui jure queant hunc dicere culmum?
 In quo beatum conditum granum fuit.
 Nam si *Fruementum Christi* se dixerat esse,
 Ignatiani nominis typus prior:
 Quin Garnete tibi Frumenti uomen, & omen.
 Ignatiana deferat Colonia?

LXIX.

De eodem ad Anglos.

Paleas comburet igni.

Quem vos sacrilegâ damnastis morte Britanni,
 In proprio Martyr sanguine vivit adhuc.
 Vivit & e culmo paleas vos esse fatetur,
 Quos Stygius vario turbô furore rotat.
 Hunc meritò capient Christi *granaria culmum*
 Vos *paleas*, furvò Tartarus igne coquet.

LXX.

De eodem.

JESV Christo DEO Homini Cœlestis agricola Filio.

Hæc tibi, Garneti surgit de sanguinè, Messis,
 Christe, cruentati cultor & ultor agri.
 O tibi si liceat tales geminare maniplos!
 Horrea, quis dubitat? mox tua plena forent.

LXXI.

Ad FUSCUM, AMUSUM.

Nil tibi cum Libris, Libras tibi congere Fusce.
 Hinc potius Sapiens, atque disertus eris.

LXXII.

LXXII.

De AULO Divite Parco.

AD AMICVM.

Non habet Aulus opes, potius sed habetur ab illis
Illo, crede mihi ditior Arca sua est.

LXXIII.

De SS. PETRI & PAULI Festiva die.

S. PETRVS Caput fuit Ecclesie Militantis.

S. PAVLVS Os ejusdem.

Cujus, Petre, Caput, celebraris Corporis esse;
Hujus facundum Os, Linguaque Paulus erat.
Hinc vos, una dies merito sublimat honore;
Ne careat Caput hoc, Ore, vel Os Capite.

LXXIV.

Ad BLONDUM Philosophum.

Mentis & Corporis mole Superbum.

Enceladum, Brontemque tuo qui corpore vincis;
Nunquam non poteris dicere grande Sophos.
Nempe Sophos inter proceros corpore supra es,
Et cunctos celsâ despicias è specula.
Una tamen res est, qua tu minor esse videris.
Ingenium, grandi corpore, Blonde, minus.

LXXV.

De Callimacho & Macrobiano.

Fratribus Germanis.

Quàm bona concordēs miscēt commercia Fratres!
Orat Callimachus; Macrobianus arat.

LXXVI.

In TURNEBUM.

Venale Vinum, Aqua diluentem.

Undam sincero miscēs, Turnebe, Falerno;
Et dicis Baccho, nubere velle, Thetyn,
Falleris. hæc olim Pelleo nupserat, arte
Ergo tua Bacchus, turpis adulter erit.

LXXVII.

In importunum Salutarorem, & morosum

HOSPITEM.

T

Rumpe

Rumpe moras. quid longa trahis præludia? *Salve*
Dixisti toties; dic aliquando, *Vale*.

LXXVIII.

Ad PONTICUM CRITICUM.

De Speculo, in quo Blandrata errores demonstrat.
In quo se videat, Speculum, Blandrata, dedisti;
In quo te videas, Pontice, nunquid habes?

LXXIX.

De CHYLANTE Avaro.

Homine improbiſſimo.

Avarus auri; quidquid aut Ganges vomit,
Aut aureorum fluctuum dives Tagus,
Noctu diuque voluit, & versat Chylas:
Aurumque semper vigilat; aurum somniat,
Cur ergo mores aureos tenet Chylas?

LXXX.

De quodam Sciolo.

Falleris, & nimium crassus te decipit error.
Græcari, & Græcè dicere credis, idem.
Quantquam cum totas Noctes Græcaris & Horas
Jam Græcū quiddam, jam tua lingua sonat.

LXXXI.

Religiosus Lunam Stellasque suas Gentilitias
Sacris, Virginis Beatissima, pedibus
Vnà secum, demisse subicit.

Ite leves ceræ: quid prodest Stemmate longo
Censeri, & Patriæ Sidera ferre domus.
Luna Vale, triplexque meo pro Stemmate Sidus
Vos, Una mecum vindice calco pede.
Quod si Luna meis calcari calcibus horret:
Illam, meique, tuo subjugo Virgo pedi.

LXXXII.

Ad Narnicum, Daventrianum.

ETIMOLOGIA.

Patria jure tibi Daventria dicitur esse.
Omnia das Ventri, Narnice; nil Capiti.

LXXXIII.

LXXXIII.

Ad JACOBUM PANDARUM.

De Juris Consultis.

PROBLEMA.

Nullos *Iustitia* Consultos dicimus; & si
Iuris Consultos Curia nulla capit,
 Cur? si, vera mihi fas dicere: consulit, eheu!
Iustitiæ rarus, Pandare, quisque sibi.

LXXXIV.

De Gunebaldo non Pœta.

Ad Brenzum non Historicum.

Jure Gunebaldum, non censes, Brene, Pœtam:
 Jure Gunebaldus te negat Historicum.
 Nam licet Historiam tu pangas; ille Pœsim:
 Omnia tu fingis; fingit at ille, nihil.

LXXXV.

Ad AMICUM Munificum.

Aurea quando mihi misisti munera; dixi:
 Aureus est; aurum quin daret ergo mihi.

LXXXVI.

Navis, Stemma OPALINIVM.

In gratiam Illustrissimi Palatini Pofnaniensis.

Ad Avimaram Argo, Allusio.

Quæ velo, Remoque carens, maloque Carina
 Tuta procellosas navigat inter aquas:
 Hanc potius quamvis rumpatur Apisque, Brocasque
 Hanc *Animâ* dicam non caruisse *Ratem*.

LXXXVII.

Ad PETRVM OPALINSKI.

Ejusdem Illustrissimi Mœcenatu Primogenitum

FILIVM,

Martia indolis, & Magna Spei Juvenem.

Cum tibi Fata *Ratem* Patrio pro *Stemmate* scribunt:
 Trans *Caput* usque *Bona* pandito vela *Spei*.
 Si Remos, velumque rogas. hoc *Fascia* Matris,
 Illos, Petre tuus *Mucro*, vel *Hafta* dabit.

LXXXVIII.

Ad Divitem, de sua Paupertate.

T 2

Quod

Quod tu sollicitis, corradis quæstibus aurum:
 Hoc bene linquo, ne me male linquat, ego.
 Divitias metire meas, cùm perdere possis.
 Omnia, quod possim perdere, nihil habeo.

LXXXIX.

AD PLANCUM.

De Lege Sumptuaria.

Sancite Legem Plance Sumptuariam.
 Sumptusque velles temperare publicos.
 Quod condis una dextera; altera ruit,
 Namque istud ipsum Sumptibus magnis eget.

XC.

Adulatores Corvis Agnomines.

Nam Græcis Corvus Korax, Adulator Kolax dicitur.
 Quæ Coracem, Colacemque habeat concordia quæ-
 Nimirum ille oculos eruit: hic loculos. (ris?)

XCI.

S. STEPHANI Prothomartyris Lapidatio.

Omnis Lapis pretiosus operimentum ejus.

Ezech. 28.

Nam quis de Stephano, vatem neget ista locutum?
 Quem grandi tumulo Saxeæ grando premit.
 Este procul Sapphiri, Adamantes, abeste Smaragdi.
 Nam Lapis hic nullus non pretiosus erat.

XCII.

De S. URSULA.

Ursa Minor, majorque vale; mea carbasa posthac,
 Ursula cum sociis, Virgine luce reget.

XCIII.

AD RUTLANDUM.

De Verbis quantum vis.

Nil Rutlande boni faciens, bona verba frequentas.
 Das ergo nobis Verba, non Adverbia.

XCIV.

De Placentinis & Veronensibus.

Urbe Placentinâ nihil est populosius, Aule.
 At, Verona prope est, civibus orba suis.

Quisque

ENIGRAMMA
 Quisque placentinâ
 Inde Placentinâ

A
 Liber ab invicem
 Nunc primus
 Forumam ven
 Nunc primus

Quid facit Hay
 Et sic per no
 Cras iterum S
 Quæris quid

Ad illud
 De ejus S
 Eternaturâ sol
 Quando Ste
 Illius esse por
 Quiddid av

A D C A
 De

Alluditor ad Po
 Quiddid ait B
 Quon prob
 Cum laudat, la
 Cum sapien
 Hinc bene Bl
 Candide, n

De O
 M
 A Rastris, ad
 Has Metam

Quisque placere cupit; verum vult dicere nemo.
Inde Placentinos quælibet ora fovet.

XCv.

Ad Amicum in aula degentem.

Liber ab invidia vixisti nuper in aula;
Nunc primum multa stringeris invidiâ.
Fortunam venerere tuam, Fatique favorem.
Nunc primùm voti compos, & Alicus es.

XCvI.

De HAYMONE.

Importuno Hospite.

Quid facit Haymo? jubet Saluere, Valere, & Avere.
Et sic per nostras, itque, reditque vias.
Cras iterum Saluere, Valere, & Avere jubebit.
Quæris quid faciet cras Lage? nil faciet.

XCvII.

Ad Illustrissimum Castellatum Braclaviensem.

De ejus Stemmata Gentilitio, Tuba Stellata.

Æternaturi solidum cape Nominis omen;
Quando Stellatam dat tibi Fama Tubam.
Illius esse potes certus Rumoris & oris,
Quidquid avet de te dicere, Sidus erit.

XCvIII.

AD CANDIDUM OLLUM.

De BLANCANŌ.

Alluditur ad Polonicum illud, Trzymam z legomiscio.
Quidquid ait Blancanus, ais. quidquid facit, audes
Quod probat ille, probas: quod negat, Olle, negas.
Cum laudat, laudas; cum damnat, tu quoq; damnas.
Cum Sapiente, sapis; cumque tacente, taces.
Hinc bene Blancani vanissima diceris Echo,
Candide, nam propriâ mente, vel ore, cares.

XCIX.

De Olavo Consule, ad Plancum.

METAMORPHOSIS.

A Rastris, ad Rostra gradum promovit, Olavus.
Has Metamorphoses Diva Moneta facit.

T 3

Hôc

Hôc si, Plance, cupis conscendere, calle, Tribunal;
Non pedibus; manibus nitere, Consul eris.

C.

AD D. REGINALDUM INES.
DE MINISTRIS.
MINISTER.
ANAGRAMMA.
MENTIKIS.

Quam sint veraces vestri, Reginalde, Ministri;
Nominis illorum vox variata probat.
Paucula nempe jube in verbo variare *Minister*.
Ex hac, *Menuris*, voce, *Minister* erit.

Generosus Dominus, D. GVILHELMVS, de Elgina,
INES, S. R. Majestatis Capitaneus,
Fraterna musa, militari manu accinit.

INES Serenum gentis inclytæ jubar,
Nostreque Sidus Patriæ.

Dum, quod nefastis Buchananus lusibus,
Turpisque Ouenus polluit;

Tu castiore, nec minus acuto Stylo,
Sacraque venâ corrigis:

Permitte Frater, militari classico
Tuis adesse plaufibus.

Qui nempe Musis Palladem armatam asserens,
Phæboque Martem præferens,

Tui Parentis Martium sequor decus
Polona per stipendia.

Hoc vile tantum laudibus subdo tuis,
Places Togæ & Sago places.

Placere porro perge, & inclytam Domum
Uterque tollamus super.

Tu nempe calamo, & sanctiore Pallade:
Gladio ego, & armatâ manu.

Datum ex Castris Regiis.

ALBERTI

ALBERTI INES
 è Societate Jesu
 ACROAMATUM
 EPIGRAMMATICORUM
 CENTURIA VII.

Epigramma I.

Ad MARCUM CUTLANDUM.
 MINISTRUM.

Pastorem Jodloviensem.

Hac ratione potes Pastor, Cultande, vocari.
 Qua Caper, aut Agnus dicitur esse Lupus.
 An quia deceptos Christi depasceris Agnos?
 Pastoris pulchro nomine dignus eris?
 An quia, (quando tuam, vexat dementia mentem.)
 Es Corydon, Pastor diceris ergo bene.

II.

De eodem, ejusque Parochia.

CALVINIANA.

Quando tot pecudes causa concludis in ista;
 Non Pastor mihi sed, Marce, Bubulcus eris.

III.

Ad Alanum Feneratorem.

Fenus & Usuram frustra confundis Alane,
 Usuram vita Fenus & esse putas.
 An quia tanta tibi dulcedo Fenoris instat,
 Pro vita Fenus ponis, Alane, tuum.

IV.

In Anacem Hæreticum Pœtastrum.

In Sanctissimo Nomine JESUS, ultimam corripientem.

Alluditur ad illud Pilati,

Corripiam ergo illum. Lucæ cap. 23.

Corripuit Jesum distorti Carmine metri,
 Stigmate non uno corripendus Anax.

*Corripiam ergo illum, quod dixerat ante Pilatus,
Hoc iterum, impuro carmine, fecit Anax.*

V.

De Aranda Latrone.

Omnibus invitis vitam propè solus habebat :
Invitus vitam linquet, Aranda, suam.

VI

Ad Impudentissimi libri Auctorem.

JOANNEM FUSTICUM.

Multorum *Capitum* scripsisti, Fustice, Librum ;
Cur *Fronem* tuus hic non habet ergo Liber !

VII.

De Gallo, inepic Cantore.

Ad Galli cantum plorabat Apostolus olim ;
Dum noster cantat quin faciamus idem.

VIII.

CHRISTUS NATUS.

Pastoribus imprimis notus.

Primi Pastores natum cognostis JESUM :
Cur ? quia Pastores vos, Puer Agnus erat.

IX.

De suis scriptis censura,

Martiali, & Ovino confirmis.

Omnia quæ scripsi, qui laudat, & omnia damnat,
Ingenuè fateor, non habet ingenium.

Nam si, nemo Hominum proprio sine crimine, vivit:
Quis cupiat versus hos, magis esse bonos ?

Si bonus es ; meliore, malos, mente excipe versus.
Si malus ; es similes hos, patiare tibi !

X.

*In gentilitium Stemma vulgo RAWICZ Virgi-
nem urso infidentem.*

Illustr. & M. D. DÆBINSKI, Succamer. Craco.
Supremi Regni Tribunalis Mareschalci.

Dictum in Salutatione Solenni,

Illustrissimorum Judicum Tribunalitiorum,

Lubluni in Templo Soc. JESU.

Urfa Maris dubios ; trepidas regit Urfa carinas ;
Quælibet Arctoo Sidere tuta Ratis.

Hinc

Hinc procul errores. Themidis procul este procellæ.
Illius ambiguas hæc reget *Urfa* vias.

XI.

Illustr. & M. Domino, Dn. DOBESLAO CIEKLINSKI,
Castellano Czechoviensi.

Ad Supremum Regni Tribunal. Deputato.
De ejus gentilitio Stemmate. (Habdank dicto,
Quod verbum Germanis, *Habeo Gratiis, sonat.)*

PROGRAMMA.

Ibidem, eadem occasione dictum.

Habdank jure tibi Patriæ pro Stemmate dandum,
Nam digna Magnis Gratiis semper facis.

Anne ut te Magnum Lechico sermone vocemus
Magnos notantem Literam, Stemma obtines.

Nimirum W. cui simillimum est, Stemma



PLAUSUS LITERARIÆ
TESTIFICATIONIS.

Ex quatuor gentilitiis Stemmatibus.

Illustrissimi Domini, Dn. STANISLAI de Popovv,
WITOWSKI.

Castellani Sandomiriensis, Lublinensis,
Knyszynensis, Zvvolensis, &c.

CAPITANEI.

In primo, Primarii Capitaneatus ingressa

Dicti Dicatiquæ.

Lublinski in Templo Soc. JESV.

Plausus I.

XII.

De Quatuor Illustrissimi Stemmatibus.

Accipiter facer est Corvusque Leoque Gradivo

Et Capra Romani victima Martis erat.

Quin spires toto generosum pectore Martem?

Omnia bellacis Stemmata Martis habes?

ACCIPITER.

Plausus II.

XIII.

I, nunc aucupio volucris celeberrima: posthac

Unguis præda tui Patrius Hostis erit.

T 5

Plau-

Plautus III,

XIV.

I, liquidum ingentes describe per aëra gyros,
Cum Patriæ melior ventus, & Aura favet.

Plautus IV,

XV.

Alluditur ad Legationem Romanam.

I, Lechicas Aquilis, Aquilas committe Latinas;
Et Corvorum te genus esse proba.

Plautus V.

XVI.

Quin juga summorum tutò superâris Honorum?
Cui armat solidos, Crux Soleata, pedes?

CORVUS.

Annulum ore præferens.

Plautus VI.

XVII.

At quæ Nyctacorax digitale amplectitur aurum;
Æternitatem Pronubam, spondet tibi.

Plautus VII.

XVIII.

Ex Romana Historia.

Romanas quondam conatus fingere voces,
Auro, nunc melius, Corve, disertus eris.

Plautus VIII,

XIX.

Securus vive æternæ, Vir Maxime, Famæ;
Ipsa Annulo hoc tibi nabit Immortalitas.

Plautus IX.

XX.

Alluditur ad Maternos Illustrissimi Avos.

KOCHANOWIOS.

Celeberrimos in Regno nostro Pœtas,

Ex Prolog. Satyrar. Persi.

Ne tu, ne Persi, Corvos mirère Pœtas;

Id Kochanoviadum Corvus Honoris habet.

CAPER ERECTIS PEDIBUS.

&

ASINI CAPUT.

Vulgo

Cum tibi Super
Alius audaceDesere stellatos
Dignior hicEmpyreï Capric
Illuc arreptoAlluditur
UrbisUrbis Lubliacæ,
Uris uberius

De

Ex eo, q

Ab Afra dera
aici ut filioCui Caput est
Naturæ docilis
Urbis Lubliacæ,
Hoc, tua, ferrAltidam exuvias
Cernimus, &Te quoque nobil
Hinc Afri Cap

Vulgo

PULKOZIC.

Plautus X.

XXI.

Cum tibi Supremi Patriæ panduntur Honores,
Altius audaces surrige, Carpe, pedes.

Plautus XI.

XXII.

Desere stellatos bellax *Capricorne* Coluros;
Dignior hic stellas inter, habere locum.

Plautus XII.

XXIII.

Empyreï *Capricorne* tibi debentur Honores;
Illuc arrepto niteris ergo pede.

Plautus XIII.

XXIV.

Alluditur ad Caprum Vineæ inbarentem.

Urbs Lublinensis Symbolum.

Urbs Lublicæ, veterem excute, Vineæ, Caprum;
Uvis uberius prospicit iste, tuis.

Plautus XIV.

XXV.

De ASINI Capite,

Ex eo, quod dicit Plinius *lib. 12.*

*Ab Asino abrasa Vineæ feracem vindemiam facit:
adco ut selenne fuerit Naupliæ, in Vineis*

Asinina Capita collocari.

Cui Caput est Asini præfixum, Vineæ floret.
Naturæ docilis Censor & Augur ait.

Urbs Lublicæ, nova te Spes, Vineæ, tollat
Hoc, tua, fertilior, Stemmate, Vitis, erit.

Plautus XV.

XXVI.

De eodem.

Alcidam exuviâ victi vestire Leonis

Cernimus, & Lybicas tergore ferre jubas:

Te quoque nobilitat victæ Ruditatis imago:

Hunc Asini Caput in Stemmate, Victor habes.

LEO

LEO cum CIRCULO in pedibus.

E Muroꝝum pinnis eminens.

Plausus XVI.

XXVII.

Magne Leo, Patrii per rumpe obstacula Muris;

Liberior patulo sub Jove, Victor eris,

Plausus XVII.

XXVIII.

Hinc procul este: metus, dubii procul este timores.

Pro quorum Muris excubat iste Leo.

Plausus XVIII.

XXIX.

*Alluditur ad Cervum, Coronatum**Palatinatus Lublinensis Insigne.*

Hic qui Lubliacæ præstabat Stemmata Terræ,

Sub Duce te noster, jam Leo, Cervus erit.

Plausus XIX.

XXX.

Cum tibi Fortunæ teretem Leo porrigit Orbem,

Illius ambigam, ne vereare fugam.

Plausus XX.

XXXI.

*Eidem Illustrissimo.**Ex omnibus Stemmatis invicem junctis.**Fausti ominis votum.*

Accipiter Corvisque suis ad fidera pennis,

Inde Caper pedibus nititur, inde Leo.

Omnia Summa tibi deberi; ut cætera desint,

Quævis pænè Tui Stemmatibus Umbra, probat.

XXXII.

S. IGNATIO Antiocheno Episcopo M.

Dum à Leonibus discerpendus Romam ingrederetur

I S A G O G E.

Amphitheatrales procul hinc ex este triumpho,

Queis maduit Latii turpis arena fori.

Omnes Romulæ plausus superabit arena,

Qui nunc Antiochi Præsul ab Urbe venit.

Nempe minus rabidos præda est frustra Leones;

Illis in prædam se dare, majus erit.

XXXIII.

XXXIII.

Ad Servandum Hæreticum.

De Brenano Pradicante Ca. vinifico.

Praconem verbi laudas, Servande, Brenanum:

Quin sit Praco bonus, qui modo Lictor erat.

XXXIV.

Ad Bornum Hæreticum.

De eodem.

Quem tu Sacrorum, tanta fers laude, *Ministrum*;
Justitiæ nuper, Borne, *Minister* erat.

Hinc qui tot capitum mutilabat millia: quidni

Cum cerebro vestrum, demetat ille caput?

XXXV.

EPI T A P H I U M.

Hæretico Astrologo.

Astrologus fueram, fuerat dum vita superstes,

Ehêu! post mea sum funera, Tartalogus.

XXXVI.

De Volano cæco.

Appropiatè cæca Fides.

Esse diem credis, quales & dicimur esse;

Est tua, quis dubitat, cæca, Volane, Fides.

XXXVII.

De Aulo Comptulo.

Ignosco, quoties oleo caput, Aule, perungis:

Nempe olei vacuum nactus es, Aule, Caput.

XXXVIII.

A D C L I T U M.

Homo Æqui vocè

Qui faciem minio pingit, plumboque capillum;

Non est hic verus, sed, Clite, pictus Homo.

XXXIX.

De Aldo, Divitè Parco.

Aurea & Argentea Antithesis.

Dum pertinaci scrinio sepelit opes;

Aurumque & Argentum, trecentis vectibus

Clausum, refossa condit in tumulo scrobis;

Argentum & Aurum fecit, Aldus, Mortuum.

XL.

XL.

Vulnerasti cor meum, in uno crine, &c.

Cujus promeruit teli cognomina crinis,
Illius pharetram quis neget esse Caput?

XLI.

CHRISTOPHORUS Columbus,

Novi Orbis repertor.

Noana Columbe collatus.

Prima Columba, novos aperit Noana Triones:
Nobis Mundum aperis, Magne Columbe, Novum.
Hinc sis Phæbe procul; procul hinc figmenta Columbe
Noanæ pullus, credo, Columbus hic, est.

XLII.

REX & LEX.

Cognata Vocabula.

Rex & Lex, similis concordant nomine vocis.
Nempe suis, Rex est, Civibus, altera Lex.

XLIII.

AD VARRUM.

De Aulo Communi Amico.

Aulo, nil fidei, pæne est jam, Varre, relictum:
Nam sperat nimium, nec minus, Aulus, amat.
Quod si plus Fidei, veteri, vis, demus amico;
Versibus in nostris, speret, ametque minus.

XLIV.

In Gentilitia sidera.

Clarissimi Viri, Roberti Foresti.

Pro gentilitio Stellas, qui Stemmata præfert,
Stellarum Heredem, quis neget, esse Virum?
Astrologis Cœlum Stellasque, Foreste, relinque:
Sunt meliora tibi Sidera, nata domi.

XLV.

Novum Neosponsorum par.

AIROLANUM.

Uxor Barbara, barbarus maritus.
Quis tædas pariles magis vovebit.
Erratum tamen est, Rolane, multum:
Uxor nempe Viri, secuta non est
Nomen; sed male Barbaræ Maritæ,

Nomen

Nomen Barbara
Sic præjudicio
Jam denominat
Uxor Barbara

Mentiri afflu
An nova

Mercurium A
Argenti ver

Nullus Mercur
Ex auro fec

Cur aded vast
Sufficiens pro

De C
Dicere difficile
Illo hostes si

De T
M E T
Cruclis, Gal
Hinc jam re

In
SR
In G
D. GEOR
Supremi Reg
Cracov
C

Nomen Barbarus induit Maritus.
Sic præjudicio periculoso,
Jam denominat, usque & usque Victrix,
Uxor Barbara, Barbarum Maritum.

XLVI.

Ars perficit Naturam.

Ad quendam Poëtastrum.

Mentiri affuetum, docuerunt fingere Musæ,
Ars nova Naturam perficit, ergo, tuam.

XLVII.

IN BASSARAM.

Aureæ Moneta Falsificatorem.

Prothasis, de Argento, vivo.

Mercurium Argentum vivum, cur dicimus esse?
Argenti veras nam male, fingit opes.

Apodosis de Auro.

Nullus Mercurii nomen dat Chemicus auro;
Ex auro fecit, Bassara, Mercurium.

XLVIII.

Ad Trofulum Nanum.

Cur aded vastam figulus tibi circinat urnam?
Sufficiens pro te, Trofule, Pyxis erit.

XLIX.

De Corbio Milite Eleemosinario.

Dicere difficile est, ferro an sit fortior auro?
Illo hostes superat, Corbius; hoc Superos.

L.

De Turdillone, & Clitone Gallo,

METAMORPHOSIS.

Crudelis, Gallum fecit, Turdillo, Spadonem.
Hinc jam non Gallus sed, Clito, Capus erit.

LI.

In Fluvium Lubomirsianum.

SRZENIAWA Dictum.

In Gratiam Illustrissimi Domini,

D. GEORGII LUBOMIRSKII,
Supremi Regni Poloniae MARESCHALCI,
Cracoviensis, Scepusiensis, &c. &c.
CAPITANEL

Este procul, celebres pretiosis fluctibus undæ;
 Quas vomit aurato, gemmifer, amne, Tagus.
 Dum sua Srzeniaviæ devolvunt Flumina ceræ,
 Nunquam gemmiferi, Patria, Gangis, eget.

LII.

De S. SIMEONE.

Nunc dimittis servum tuum in pace, &c.

CELEUSMA.

Fortunate Senex, manibus tua stringere Vota,
 Cui licet. & Domini stringere membra sui.
 Quidni conspecto, lætus, moriaris Jesu,
 Mors tibi longa fuit vivere; vita mori.
 Non ego te miror dulces depromere cantus:
 Obtento Portu, quin Celeusma canas?

LIII.

De eodem.

Cùm natum geminis redimebat Virgo Columbis:
 Optatæ, Simeon, Pacis, anhelat opes.
 Una Columba Noë Pacis ramum attulit, inquit;
 Et non bina mihi nuntia Pacis erit.

LIV.

De eodem.

MANUMISSIO.

Nunc dimittis Domine servum &c.

Cùm Libertatem propriis amplecteris ulnis
 Jure Manumitti, libere verna, rogas.
 Quidni serviles emancipet ille catastas,
 Qui rude Mancipium se profiteretur Herus?

LV.

De eodem.

EXAUCTORATIO.

Nunc dimittis servum tuum, in pace, &c.

Virginæ gladios animæ, tristefque ruinas
 Cernens, & Domino bella movenda suo;
 Exauctorari veteranus Miles, anhelat.
 Nempe Senex, bello jam minus aptus erat.

FINIS.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

TIFFEN Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Gray	Light Black
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Gray	Dark Black

TIFFEN Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W	G	K					C	Y		M		

